¶ Epitome.

☞ Coniunctio cum his tribus que sibi accidunt responsionibus ab erotymatis dotis quid sit monstratur ad oculum.

Et/q̃ pars orationis est.Cõiũctio. Quid est cõiũctio:ps orationis ĩdeclinabilis cõnectẽs ordinãsq̃ sñiam.Unde dicit coniunctio.Ab eo q̃d cõiũgat:⁊ orationi p vinculo interponat. Cõiũctiõi quot accidũt.tria. figura: ordo: potestas siue species siue significatio. figure coniũctionis quot sunt:due sicut in noie:simplex.vt at:⁊ Cõposita vt atq̃/etenim. Et cui⁹ figure est.Simplicis figure.Ordo cõiunctionis quotuplex est.Triplex. quedã eñ semp pponunt vt at:ac.ast: aut/vel/nec:ne:neq̃. Quedã semp postponunt:vt q̃:ne:ue:q̃dẽ:quoq̃:aũt:vero:enĩ. Quedã modo pponunt:modo postponunt: vt atq̃: igitur: itaq̃: qm̃:quia:etsi. Et cuius ordinis est:prepositiui. Potestates cõiunctionis quot sunt:Cõplures.Copulatiua que sensum ⁊ verba coniungit:vt etq̃:atq̃: quoq̃/aũt/vero/quidẽ. Disiunctiua/que q̃uis dictiones coniungit sensum tñ disiunctũ habet:vt aut/vel:ve:siue:seu. Subdisiunctiua:est que voce disiunctiua vtrũq̃ adesse significat vel simul vel discrete:vt alexãder siue paris dominitat:vel legit tota die. Causalis:que causam cõiunctionis explanat:vt qm̃: nam:nãq̃:enim:vt. Collectiua/siue illatiua:que superiora colligit:vt igitur/ergo/itaq̃: quapropter: q̃obrem. Dubitatiua:que dubitationẽ aliquã cũ interrogatione significat:vt an:ne:necne. Aduersatiua:q̃ aduersam sñiam sequẽti aut precedẽti mõstrat:vt licet:q̃q̃:q̃uis:etsi:saltem. Approbatiua: que rẽ aliquã approbat:vt si:siquidẽ. quãdo quãdoquidẽ:quidẽ. Completiua:que ornatus causa aut metri necessitate ponit:vt quidẽ:enĩ:nã:nanq̃: vero. Causalis rursus diuidit in cõtinuatiuã: subcõtinuatiuã:adiunctiuã:effectiuã. Cõtinuatiua est que cõtinuationẽ ⁊ cõsequẽtiã rerũ significat:vt si/cũ/cum: vbi. Subcontinuatiua est que causam continuationis ostẽdit cũ essentia rerũ:vt quoniã:quia. Adiunctiua est que verbis subiunctiuis adiungitur : vt:si cum:vbi.quando. Effectiua:que reddit causam: effectus:vt enim:igitur. Et cuius potestatis est: Copulatiue.

¶ De erotymatis cõiunctionũ. Cap.xij.

Ultima ex q̃tuor ĩdeclinabilib⁹ orõnis ptib⁹ est coniũctio:cui⁹ ppriũ est diuersas orõnis ptes cõiũgere. Itaq̃ diffinit:cõiũctio est ps orõnis ĩdeclinabilis cõnectẽs ordinãsq̃ sñiam conectens:quã qñ simul res aliq̃s inesse significat. Ut eneas pi⁹ ⁊ fortis:vel cõnectẽs v̄ba ⁊ disiũgẽs sñiam:vt eneas bonus vel mal⁹. Ordinãs.qñ alteꝝ seq̃t ad alteꝝ.vt si currit mouet. ex his manifestũ est vñ cõiũctio dr. ¶ Cõiũctiõi q̃t accidũt:Priscian⁹ dicit tria: figura ordo species quã alij ptãtẽ aliũ significationẽ appellãt. ¶ Figure cõiũctiõis q̃t sunt:due rñdet sicut in noie.Ordo cõiũctiõis q̃tuplex ẽ:Triplex indẽ: deinde mẽbra diuisiõis explicat.ptãtes cõiũctionis q̃t sũt:⁊ q̃r nõ hñt certũ nũerũ dicit esse cõplures:⁊ enũerat q̃sdã ex ijs q̃ sunt magis note:hoc ẽ copulatiuã:disiũctiuã:subdisiũctiuã:causalẽ:collectiuã:dubitatiuã:aduersatiuã:approbatiuã. Causalis rursus diuidit i cõtinuatiuã:subcõtinuatiuã:adiũctiuã:effectiuã.de q̃b⁹ singulis ostẽdit:⁊ q̃ sint subiũgẽs exẽplũ cuiusq̃. Et q̃r cõiũctiões sub eadẽ voce inueniunt diuersarũ potestatum atq̃ significationũ visum est de singulis aliq̃d dicere idq̃ s̄m ordinẽ alphabetariũ q̃ facili⁹ volẽti ĩquirere occurrãt. Ac igit reperit copulatiua vt bon⁹ ac sapiens. reperit etiã posita p q̃.vt Uerg.haud secus ac iussi faciũt.Saliu.in iugur. Castra mouebãt iuxta ac si hostis adesset.At pro saltẽ aduersatiua est. Uerg.vj.eñ.at ramũ hũc agnoscas.est ẽt exclamatis aduerbiũ.vt Hor.i epodo.at o deoꝝ q̃s quis regis terras.Uer.ij.eñ.at tibi p scelere exclamat p talibus ausis.Ast e diuerso copulatiua.Uer.j eñ.Ast ego q̃ diuũ ĩcedo regina iouisq̃:sz tñ poetice qm̃ o recipiat at vt cũ breuis eẽt pducẽt.Atq̃ copulatiua: vt Uer.j.eñ. atq̃ eq̃dẽ memini teacrũ sidona venire.reperit ẽt posita p q̃.Terẽ.i phor. ne fiñ vtamur fortuna atq̃ vti sumus.atq̃ inter collectiuas ponit a Pris.Teren.in eunu.atq̃ ita op⁹ est an dubitatiua simul est ⁊ interrogatiua. Uergi.j.eñ.an phebi soror:an nimpharũ sanguinis vna. Idẽ in.iij.eloquar an sileã.Inter an ⁊ aut.Qui.hoc distare putat. q̃d p aut nõ possim⁹ iterrogare p an possum⁹.Aut disiũctiua est.Iaue.aut dic: aut accipe calcẽ.Uerg.ij.eñ. aut terebrare cauas vteri ⁊ tẽtare latebras.repit etiã copulatiua:pro.⁊ Aũt repit copulatiua:vt abraã genuit isaac: isaac aũt genuit iacob: iacob aũt genuit iudã.repit cõpletiua. Cũ repit causalis simul ⁊ adiũctiua.Uer.in buc. Cũ faciã vitula p frugibus ipse venito.Dũ q̃z causalis siue adiũctiua reperit.Uer.multa q̃z ⁊ bello passus cũ cõderet vrbẽ.Ergo collectiua siue illatiua siue rõnalis. Lucan⁹.ergo pari voto gessisti bella iuuẽtus. repit etiã cõpletiua.Terẽ.nihil ne te nbi ergo. Enĩ causalis repit frequẽter sz cõpletiua.Uer. j.eñ.pgenũ sz enĩ troiano a sanguine du i audierat.Idẽ i eodẽ.hectibi sabor enĩ qñ hec te cura remordet.sed cũ est causalis semp postponit ppositã:ea v̄o semp ponit cõpletiue sequẽte v̄o vel nõ sequẽte. Terẽ.i adel.enĩ nõ sinã.Idẽ i an.enĩ v̄o daue nihil loci ẽ segnitie.Eq̃dẽ repit approbatiua.Uer.Nõ eq̃dẽ inuideo miror magis vndiq̃ totis.Idẽ.xij.eñ.Eq̃dẽ merui nec depcor inq̃t.põt etiã poni cõpletiue: ⁊ ponit copulatiue:vt

☞ Coniunctionem q̃z vocat Quintilianus.

Coniunctio ni tria accidant.

Ordo cõiũctiõis quotuplex est.

Ac.

At p saltẽ.

☞ Et in pro sa quoq̃.

Ast.

Atq̃.

Autem.

Cum.

Ergo.

Enim.

Equidem.

cicero plus et fortis: ponitur etiã causalis pro quia. Qui. li. i. hac verba effingere imitãdo conabitur puer: et natura tenacissimi sumus eorum que rudibus animis percepimus. Reperitur etiã completiua cum ponitur sibi ipsi: vt eneas et pius et fortis fuit: primum enim et abũdat: sed ponitur ornatus causa quod et de reliquis copulatiuis et disiũctiuis dici potest.

Etsi. Etsi aduersatiua est cui rñdet tñ. Cic. in orone pro milone. et si vereor iudices ne turpe sit: et sequitur: tñ hec noua iudicij noua forma. Etiã si aduersatiua est quemadmodu tametsi quibus eque rñdet tñ igitur: igitur idcirco collectiue siue illatiue siue rõnales sunt. Ci. pro ligario. habes igitur quod est accusatori maxime optãdũ cõfitentẽ reũ. Idẽ in eodẽ. itaque quo me vertã nescio: ex supius nãque dictis hec inferuntur: alie cõpletiue sunt imo illatiua quæ est: sed e diuerso: vt Ter. dictũ puta imo aliud.

Ne. Ne dubitatiua simul et interrogatiua. Vir. i. en. quid teneãt nõ inculta video hoiesne: ferene. idẽ in xi. iustitie ne prius mirer belline laborum. Dicemus et

Nonne. Annon. nõne pro an nõ. Uer. in buc. Nõne fuit satius tristes amaryllidis iras atque superba pati fastidia nõne menalca. Nõ igitur et abiicitur pro cõpositionẽ cum alijs ptibus oronis. Vir. iij. en. pyrrhin cõnubia seruas. pro pirrhi ne seruas cõnubia. Idẽ in x. O pater genitor tãton me crimine dignũ duxisti: pro tãto ne. Inuenitur etiã approbatiua: quod est quasi nec dubitatiue nec interrogatiue ponitur. vt Hor. ij. ser. clarus erit fortis iustus sapiẽs ne et rex. Idẽ in eodẽ. o seri studiorum quid ne putetis. Reperitur quoque ne causalis et neu et ne et ve cõposita. Vir. ij. en. Ne recipi portis aut duci in menia posset: neu populum ãtique sub relligiõe tueri. Necne quoque pro an nõ dubitatiue simul et interrogatiue ponitur. Cic. pro flac. verũ vultis pro isto flacco iuuisse ne: ne? Nec neque copulatiue sũt pro abnegationẽ: vt si dixeris. Ant. nõ legit neque lecturus est: aut lecturus est. Nã et nãque causales sunt. Vir. cole nãque tibi diuũ pater atque hoium rex. reperiuntur et cõpletiue: vt idẽ in v. heu quia nã tãti cinxerũt ethera nimbi. Quã reperitur electiue posita. Terẽ. in and. Que ihoneste hic voluit diuitias parere quam honeste in patria paupertate viuere.

Quãuis et quamquam. Quãuis et quãquam aduersatiue sũt: quibus rñdet tñ quod aliquando subintelligitur: vt Vir. ij. en. Quãque animus meminisse horret luctuque refugit: incipiã subaudi tñ quod copulatiua est ponitur et nõnũquam copulatiue. Vir. v. en. Dixitque et plia voce diremit. Et subcõtinuatiua est reperitur aũt in sacris lr̃is frequẽter pro vt adiũctiua siue cãsu. Quidẽ et Pris. inter cõpletiuas ponitur: quod multis testimonijs cõfirmat. itaque miror tãtã auiditatẽ fuisse Hie. paulũ apo. reprehẽdẽdi: Tractãs enim verba illius que sũt scripta ad colossenses. nemo vos superet in hũilitate mẽtis: illud inquit quod crebro diximus et si imperitus sermõe: nõ tñ sciẽtia nequaquam paulũ de hũilitate sed de cõsciẽtie veritate dixisse et nũc approbamus. Et quod aplus in eadẽ epl'a subdit: que sunt rõnẽ quidẽ habẽtia sapiẽtie. hoc ait loco quidẽ cõiũctio superflua est: quod in plerisque locis propter imperitiã artis grãmatice aplm fecisse repimus. Neque enim sequitur: sed vel alia cõiũctio que solet vbi quidẽ positũ fuerat rñdere: nã quidẽ plerũque aduersatiua reperitur. hec Hie. Quin teste Pris. ponitur collectiue siue illatiue. Vir. x. en. Qui occidit vna sarpedon mea progenies. ponitur et pro cur mõ pñti idicatiui iũcto: et sic interrogatiue: vt Persius. quin damus id superis de magna quod dare lãce. Uer. in buc. Quin aliquid saltẽ quorum indiges moliaque paras detexere iũco. vtrobique pro cur nõ ponitur: et pro quod nõ iũctũ subiunctiuo. Idẽ in. iij. en. Hec tibi nequa more fuerint dispẽdia tãti quin adeas vatẽ.

Si. Si adiunctiua est cum verbo subiũctiuo adiũcta: vt si legeres eris doctus. Etiã si causalis siue continuatiua: vt si stertit: dormit. si ambulat: mouetur. Est quoque approbatiua cum indicatiuo iũcta. Uer. i. Si quid vsque iustitie est: et mẽs sibi cõscia recti. Idẽ in. ij. dij si qua est celo pietas que talia curet. reperitur etiã negatiua. Vir. xi. en. Tũc nũc starẽs immanis trũcus in armis: esset par etas: et idẽ si robur ab annis. Est aũt cõiũctio abnegatiua que verbis cõiũcta posse fieri rẽ ostẽdit: sed propter cãm aliquã ne fiat impediri: vt fecissem si potuissem.

Saltem. Saltẽ aduersatiua est. Vir. iiij. en. Saltẽ si qua mihi de te suscepta fuisset. Et et sed enim copulatiue sunt ex aduerso. Uer. i. en. progeniẽ sed enim troiano a sanguine duci. seu et siue disiũctiue sunt. Ver. vij. en. Siue errore vie seu tẽpestatibus acti. Reperiuntur etiã subiũctiue: vt si dixeris. Alex. siue paris: atrides seu agamenon. Tñ aduersatiua est rñdẽs illis et si tametsi quãuis quamquam. Cic. pro milone. Et si vereor iudices. deinde sequitur. tñ hec noui iudicij noua forma et cetera. Reperitur etiã cõpletiua cum superiori aduersatiue rõ rñdet: vt apud Pap. xj. the. me miserã vices tñ hec prius arma necesse est experiare domi. Tametsi aduersatiua est quẽadmodũ eius simplex et si. Tũ copulatiua est iũgitque res pares cum succedit alteri: cum vero succedit cõiũctiõi cum cõiũgit aliquid quod maius est: vt Lau. diligẽtiã me colligit. Ne et vel disiũctiue sũt. reperitur et vel subdisiũctiua simul: vt Ter. in eu. Uel rex semper maximas mihi grãs agere pro e: posuit. Reperitur et subiũctiua discrete: vt si dixeris. toto die vel dormit vel legit. Uero copulatiua siue distributiua est: quia distribuit diuersas res diuersis psonis: vt eneas fuit pius; vlysses vero callidus. Reperitur et cõpletiua. Ut cãsalis est vt si dixeris: o. venio vt legã: exerceo te vt sis sanus. Reperitur et adiũctiua: vt Ter. si est inquit patrue vt antipho culpã in se admiserit. ¶ Chri. Dubitatiua que dubitationẽ. Quod si pcesserit nũquid aut forsan aut aliquid siue recte per disiunctiuã siue interroges siue dubites. Pli. Ad voconiũ lib. i. nunquid ego crasso aut camerino molestus sum.

De partibus orationis que alie pro alijs et pro se inuicem ponũtur.

¶ De partibus orationis que alie pro alijs et pro seinuicem ponuntur. Cap. xiij.

Solet turbare hoc plerũque grãmatice artis ignaros quod eãdẽ particulã sub diuersis partibus oronis reperiũtur. Ita pro cum singlatim de octo partibus oronis disputatũ sit: hoc in loco iducitur caput: in quo ostẽdit quẽadmodũ particule quedã oronis ponuntur pro alijs quam in prima positione fuerant atque rursus quedã ponuntur pro seipsis inuicẽ: vt nomẽ pro noie: pronomẽ pro pronoie et cetera. Nomen igitur pro participio positũ reperitur: vt apud Ver. ij. en. sibila lãbebãt linguis vibrantibus ora. vbi Ser. dicit sibila pro sibilãtia: nã pticipiũ est. Idẽ i. ge. Corusca fulmina molitur dextra. quod eodẽ modo pro coruscantia exponit.

¶ De partibus oratiõis que alie pro alijs et que pro se inuicem ponuntur. Cap. xiij. ¶ Ex pitoine.

Que orõnis partes alie pro alijs nõnũquam ponuntur: et que pro seinuicẽ mutatis tñ ex seipsis aut potestate aut tpe alioue id genus.

Que partes oratiõis alie pro alijs ponuntur? Omnes fere: quẽadmodum.
Nomẽ pro participio: vt sibilus pro sibilãs.
Nomẽ pro aduerbio. vt recens pro recenter.
Nomen pro interiectione: vt infandũ voce incondita.

Nomẽ pro aduerbio. ¶ Nomẽ pro aduerbio. vt recẽs pro recẽter. Vir. iij. ge. Sole recẽs orto: aut nocte ducentibus astris. Sal. Cor:a recẽs detracta veluti glutino adherebãt. Gel. li. xj. Recẽs natis notũ et familiarẽ victũ offert. Vir.

Nomẽ pro cõiũctione, ij. ge. Flos apprima tenax pro apprime. et in eodẽ. densa fere pro dẽse. et in quarto. asper acerba sonãs: pro acerbe. ¶ Nomẽ pro interiectiõe. Vir. i. en. Nauibus ifandũ amissis vnius ob irã. neque enim aduerbiũ tñ est hoc ifandũ pro ifande: sed quia cum affectu mẽtis profertur icõdita voce: interiectio est. hoc enim tñ interiectio aduerbio distat: quẽadmodũ suis locis diximus.

Suus pro proprius. ¶ Anto. Nomen pro coniunctione: vt quare: que ex que et res componitur: quo ibẽ quapropter ex noie et prepositione. ¶ Pronomen pro noie proprio: semp enim pronomen sic ponitur: vt ex illius diffinitione manifestũ est: sed suus sua suũ plerũque pro proprius propria propriũ reperitur: vt suum est hominis ridere. i. propriũ. Pronomen pro aduerbio. Uergi. viij. en. hoc tũc ignipotẽs celo descẽdit ab alto. vbi Ser. inquit hoc

Nomen pro coniũctione: vt quare/quamobrem.
Pronoimẽ pro nomine pprio: vt ego pro Antonius.
Pronomen pro aduerbio: vt hoc pro huc.
Pronomen pro coniunctione. vt ideo pro preterea.
Uerbum pro noie. vt amare pro amor: viuere pro vita.
Uerbum pro aduerbio. vt amabo/sodes.

Uerbum pro interiectione: vt age agite. Uerbum ꝓ coniunctione: vt licet licebit. Participiū pro noīe vt sapiens: diligens. Participium pro aduerbio. vt horrēdum ꝓ horrēde. Preposiito ꝓ aduerbio: vt coram: palam. Prepositio pro interiectione: vt pro a. Prepositio pro cōiūctiōe: vt ꝓpterea / quapropter. Aduerbium pro noīe. vt satis est: abunde est. Aduerbium pro cōiūctione: aliquādo pro quoniam. Cōiunctio pro aduerbio: vt cū pro qn̄. Cōiunctio pro interiectione. vt vt. Que partes orationis ponuntur inuicem pro seipsis? Omnes fere. nomen ꝓ noīe. vt dardanus ꝓ dardani⁹. Uerbū ꝓ v̄bo vt pplō ꝓ pplor: Participiū pro participio: vt ꝓfusus ꝓ profundēs. Prepositio pro prepositione: vt in pro contra. Aduerbiū ꝓ aduerbio: vt hic loci pro tunc tempus. Coniunctio pro coniunctione: vt vel pro et.

ꝓ huc posuit sm̄ antiquū morē. nā antea hoc aduerbiū loci fuit: nūc aboleuit: sicut illo pro illuc. ¶ Pronomē ꝓ cōiunctione: vt ideo q̄ ab ideo cōponit. propterea q̄ ex ꝓpter ⁊ ea: quapropter q̄ ex qua ⁊ ꝓpter. Uerbū ꝓ noīe. Teren. in eunuch. Extrema linea amare ionnihil est. pro amoris. pessime. Nostruz illud viuere triste. pro vita tristis. ¶ Uerbum ꝓ aduerbio. Martia. dic inq̄t rogo. Marce: dic amabo. Nā aduerbiū blādientis est quēadmodū ⁊ sodes: quo frequenter vtunt̄ poete comici. ¶ Uerbum ꝓ interiectione: vt age ꝓ eia. Uer. iij. Utrūq̄ cōiunxit dicens: eia age rūpe moras. Idē in. j. ğrc; agite o iuuenes. ¶ Uerbū ꝓ cōiūctiōe. Luc. in. vij. Ola malorum vercantur busta licebit. ꝓ q̄uis Martia. Lexior heraphoro tua sit lectica licebit. Ouī. j. me. placet sibi q̄sq̄ licebit. Hor. j. ser. liceb t ille repotia natales aliove dierū ve. l; ꝓ q̄uis vbiq̄ se offerūt exēpla. ¶ Participiū ꝓ noīe. de hoc abunde sum⁹ dicturi in li. sequēti cū disputauim⁹ de modis ꝑticipiū trāsit i vi nois. ¶ Participiū ꝓ aduerbio. Uer. vij. en. Ac belua lerne horrēdum stridens ꝓ horrēde. Prepositio ꝓ aduerbio. Uer. j. en. postquam introgressi ⁊ coram data copia fandi. Iuue. Fiet ⁊ palam. nā quēadmodū sepe diximus quoties prepositio non iungitur casibus aduerbium est. ¶ Prepositio pro interiectione: vt ꝓ. quum circumflectit̄: q̄ vt ait Pris. interiectionis loco ponit̄. Salu. in catilina. Proh deum atq̄ hoīm fidem. Uer. iij. en. Proh iuppiter ibi hic ait. Idē in buc. ah silice in nuda connixa reliquit. vbi Seruī. in qu. t ad hoc pertinet premissa dolētis interiectio: sunt qui aspirationem in fine addunt differētie cā. Prepositio ꝓ coniunctione vt ꝓpterea quapꝓpter. Aduerbium pro nomine. vt Mar. iustitia satis est. Et si dixeris satis est mihi diuitiarum. Uerg. vij. en. terrorum ⁊ fraudis abunde est. ¶ Aduerbium pro ꝯiunctione. Idem j. en. hec tibi fabor cū qn̄ hec te cura remordet. ¶ Cōiunctio ꝓ aduerbio ⁊ cuz ꝓ qū: imo frequēter aduerbiū ⁊ ꝯiunctio sibi cedunt ita vt nō facile q̄busdā in locis discernere possis cōiunctio an aduerbium sit aliqua particula orationis. ¶ Coniunctio ꝓ interiectiōe. Hor. ij. ser. Ut pereat positū rubigine telū. nisi cū iteriectiue ꝓferas vt frigidiuscule dixeris qđ alī's erit ꝑcatissimū. Que ꝑtes orōnis. Nomē ponit̄ ꝓ noīe: vt dardani⁹ pro dardan⁹: hoc est primitiuum ꝓ deriuatiuo: vt Uer. v. en. Hauriat hūc oculis ignē crudelis ab alto dardanus. i. eneas dardanius. ⁊ eodem modo per reliqua nois accidētia. ¶ Uerbum pro v̄bo: vt populo ꝓ populor. Uergil. iiij. en. Ac velut ingētē formice farris aceruū cū populāt. Prop. li. iij. Hic oli gnaros luct⁹ populauit achiuos: ꝓ eo qđ ē populāt ⁊ populati sūt nā pplō i sermōis latini vsu frequēti nō est: s; pplōr. multa q; alia v̄ba hmōi repiunt̄ q̄ Noni⁹ ex antiquoꝝ vsu. diligētissime collegit. ¶ Participiū ꝓ participio: vt Sal. alieni appetēs sui ꝓfusus: ꝓ ꝓfundēs: nā participiū ē loco nois positū. ¶ Prepositio pro ꝑpositione: vt Uer. ix. en. ibat i curialū. ꝓ ꝯ. Idē. j. geo. Sub ipsuz arcturumq̄ tenuit sat erit suspēdere sulco: qđ Ser. exponit ꝓ circa. ¶ Aduerbiū pro aduerbio. Uer. j. en. hic illius arma: hic currus fuit. pro illic. ⁊ hic aduerbium loci pro aduerbio tpis. Idē in codē ꝯstitit hic arcūq; manu celeresq; sagittas. h ponit ꝓ tunc: ⁊ notādū aduerbia loci plerūq; poni ꝓ aduerbijs tpis: sed nō ecōtra aduerbia tpis pro aduerbijs loci. ¶ Coniunctio pro coniunctione: vt Terē. in phor. ne simul vtamur fortuna atq; vsi sumus atq; posuit pro quam. ¶ Christophorus. Uerbum pro aduerbio. Cicero ad atticum pronomē aduerbio vel potius interiectioni adiecit amabo te aut perscribe mihi totum negotium.

Uerbū pro aduerbio.

Proh. Ah

Aduerbiū pro aduerbio.

¶ De syntaxi ⁊ orationis cōstructione. Cap. xiiij.

¶ Epitome.

☞ Que sit syntaxis quam nos constructionem dicimus: potestas ⁊ valor: et que cuiq; iungatur orationis parti pars alia: ⁊ q̄ sint illius tantundem figure peculiares.

Quid est syntaxis? Scientia qua bona cōstructio a mala dignoscitur. Unde dicitur syntaxis? A syn qđ est con ⁊ taxo ordino: a quo est syntaxis q̄si coordinatio. Quid est ꝯstructio? Congrua dictionū ordinatio cōgruam perfectamq; sntam demonstrans. Quid est oratio? vt Scaur⁹ diffinit. ore missa ⁊ per dictiones ordinata ꝓnūtiatio. Quotuplex est oratio. Q̄druplex: perfecta q̄ perfectū sensum in aīo auditoris generat / vt ego amo deum. Imperfecta q̄ imperfectū sensū in aīo auditoris generat: vt si deū amaueris. Finita in qua verbū finitū ponit̄. vt ego amo. Infinita i q̄ verbū infinitū ponit̄ vt me amare. Quid est figura ꝯstructiōis. est aliq̄ rōne nouatus dicēdi mod⁹: q̄ circa grāmaticas cōstructiōes v̄sat̄. Euocatio ē reductio tertie ꝑsone ad primā vel scđam: vt ego antoni⁹ lego: tu Joānes audis. Et req̄runt̄ quatuor in euocatione. persona euocās. ꝑsona euocata: remotio copule: ⁊ verbū conueniens

¶ De syntaxi. Cap. xiiij.

Cum tres libri superiores circa singulas orōnis ꝑtes v̄sati sunt: liber sequens cū breui ꝯmate nr̄i⁹ lib. iiij. tot⁹ est de ꝯstructiōe: q̄ grece syntaxis dicit̄. Ita q; prio dicit qđ sit syntaxis: ⁊ vn̄ di: qđ ꝯstructio: qđ orō. Deinde orōnē diuidit in q̄tuor formas: hoc est. ꝑfectā: imꝑfectā. finitā: infinitam: que oīa plana sunt: ad difficiliora ꝓperemus. ¶ Quid est figura ꝯstructionis? quēadmodū inq̄t Seruius in. v. en. inter barbarismū ⁊ lexim: hoc est latinā elocutionē ⁊ perfectā metaplasmus est qui vno sermone fit ⁊ rōne vitiosus. Itē in soloecismum ⁊ schema. i. perfectam sermonum connexionem figura est que fit contextu sermone rōne vitiosa. Ergo metaplasmus inq̄t ⁊ figura media sunt: ⁊ discernunt peritia ⁊ imperitia. Sed de barbarismo ⁊ soloecismo: de lexi schematis atq; metaplasmo suo loco dicet̄: nūc de figura quō a; Seruio accipit̄ figura hoc est cōstructionis agendū est. Dicit igit̄ figuram constructionis esse modū dicēdi nouatum hoc est a naturali ⁊ ꝯsueto sermone mutatū: ac perinde vitiosum. nisi aliqua rōne excusetur: quandoquidē modus versatur circa grammaticas constructiones: hoc est in contextu partium orationis. ¶ Quotuplex est figura ꝯstructiōis? multo plures sūt figure ꝯstructiōis q̄ octo: s; reliq̄s in aliū locū reiecit de his q̄ frequēti⁹ in vsu rep̄iunt̄ disserit: q̄s enūerat. Euocatio q̄ grece eccl'is vo-

De syntaxi

Figura q̄d sit.

Figura constructionis quotuplex.

Euocatio.

calur fit quoties nomē tertie psone reducit ad primā vel ad scdam. Impropietas aūt ī hoc est cū dico ago Anto. lego. autoni⁹ qd alias est nomē tertie psone sic cedit pronomini tertie persone: q verbū huic non illi reddit. Excusat autē hec impropietas: qm verbū semp digniori respondere dz. Prima nāq psona ordine nature

Appositio.

dignior est scda. et scda tertia. ¶ Appositio que pthesis grece dicit: est immediata duo⁊ substātiuo⁊ coniunctio: ⁊ ponit exēplū ex prio en. miratē molē eneas magalia qnōdā. Impropietas aūt in hoc est q duo substātiua sine coniunctione esse nō pnt ī oratione: sz excusat vitiū qd dictio

cum persona euocante.

Appositio est immediata duorum substātiuorum coniunctio: quorū alterū exponit alterū: vt miratē molē eneas magalia quondā. Requirunt duo in appositione Dictio apponens: ⁊ dictio apposita.

Prolepsis est attributio ppietatis toti in suas partes diuiso: vt interea reges ingēti mole latin⁹. ⁊c. et requirunt quinq in prolepsi: hoc ē totū: partes: distributio partium: proprietas et ordo.

apposita sic iungit apponenti qsi adiectiuū qd aliqd in substātiuo determiat ⁊ exponit. Prolepsis q latine intepretat psumptio est vt a diomede diffinit psumptio rerū ordine secutarū: vt vterq ponit exeplū ex ver. xij. en. interea reges ingēti mole latin⁹ Quadriiugo vehit curru. ⁊ sequit. Bigis it Turnus in albis. hinc pater eneas Romane stirpis origo. ⁊ iuxta ascanius magne spes altera rome pcedūt castris. Sz quēadmodū Pris. li. xvij. q est de cō

Prolepsis.

structiōe dicit. si in cōstructiōe diuiduo⁊ p prolepsim pponit verbū plurale ad vtrūq sequēs lz nim anteferre: vt aqle euolauerūt: hec ab oriēte: illa ab occidēte. Sin ad ea diuiduntur verba singulariter cōsequēter gtō oportebit pponi ple diuidundo: vt aquila⁊ altera volauit ab oriēte: altera ab occidēte. Excusat aūt: qz verbū siue ppositū siue 9hs iure exigit sibi nim. Est ⁊ plepsis implicita quale est illud apli. Alter alterius onera portate. intelligit eni q alter portat onus alterius ⁊ alter alteri⁹. Simile est illud Uer. ij. en. Alter in alteri⁹ mactatos sanguine cernā: hoc est anchisen in ascaniū: ⁊ ascanij in anchisen: ⁊ creuse in ascaniū: ⁊ ascanij in creusam. ⁊c. Est ⁊ aliud prolepsis genus: cum id quod posteri⁹ accidit ante tempus ascribitur: quale est illud Uergi. Lauinaq venit litora. Lauinū eni quēadmodū Diome. ⁊ Ser. dicūt nondū erat quo tpe eneas ad Italiā venit: vt apd Sallustiū. Montem sacrum ⁊ Auentinum insedit: qui mons ab hoc quod illum plebs insederat postea sacer dictus est.

Silepsis.

¶ Christ. Aliqua rōne nouatus dicēdi modus. quot modis vitiosa excuset constructio mōstrat Quin. his verbis.

Cōceptio.

interim excusantur vitia aut consuetudine: aut authoritate: aut vetustate: aut deniq vicinitate virtutum.

¶ Ant. Syllepsis q latine interpretat. 9ceptio a Donato ⁊ Diomede diffinit sic. Syllepsis est dissimiliū ac diuersarū clausularū p vnū verbū cōglutinata cōceptio: vt ver. j. en. hic illi⁹ arma hic currus fuit: idē in buc. Sūt nobis mitia poma: castanee molles: ⁊ pssi copia lactis. est etiā syllepsis quoties fit adductio ī digniorus ad digni⁹. qd trib⁹ modis 9tingit. gñe numero ⁊ psona: gñe: vt masc. 9cipiat femininū ⁊ neutrū: ⁊ femininū cōcipiat neutrū. nūero vt pluralis cōcipiat singularē. persona vt pria cōcipiat scdam ⁊ tertiā: scda vo tertiā. Qd vo dicit in 9ceptione requiri copulatiuā cōiunctionē vel cū ppositionē intelligendū est: cū ppositio quēadmodū ait iuriscōsultus ponit p ⁊: vt si dicas tu cū Antonio legitis: p eo qd tu ⁊ Antoni⁹. Tale ē illd ver. j. en. Remo cū fratre qrin⁹ iura dabūt. p eo q Rem⁹ ⁊ frater. In illo vo qd hor. dixit tu qd ego ⁊ pplo mecū desideret audi: nulla ē figura nedū psonarū cōceptio. Quēadmodū e diuerso

Syllepsis.

Sit triplex. ⁊

Syllepsis est diuersarum dictionū sub psi ppietate conceptio. vt ego ⁊ tu docti legimus: ⁊ reqrunt qnq in syllepsi: hoc est dictio cōcipiens: dictio concepta: copulatiua coniunctio: vel pcepositio cum verbū vel nomen adiectiuum numeri pluralis: proprietas cōcordans cum dictione concipiente.

Zeugma est vni⁹ ppietatis ad diuersas clausulas facta redditio. vt ego ⁊ tu et Cicero scribit: et requiruntur tria: hoc est plura substātiua: copula: proprietas que conueniat cum propiore substantiuo.

Antiptosis est casus p casu positio sub aliqua ppietate: vt vrbē quā statuo vestra ē: reqrunt tria: hoc est vnū subiectū: vna ppietas: ⁊ q casus ponat p casu.

nimis licēter atq haud scio an tolerabiliter dictū sit qd legim⁹ ī euāgelio hier. interpte. pater tu⁹ ⁊ ego dolētes qrebam⁹ te. Nā si numero⁊ ⁊ persona⁊ cōceptio recte facta est: ordo tn̄ illarū est inuersus q debuit esse. ego ⁊ pr tuus. dolētes qrebam⁹ te. Qd si hebraici sermonis idioma illud tolerare pōt grec⁹ tn̄ atq latin⁹ reformidat: de

Zeugma.

quo ī plogo hui⁹ opis plura dixim⁹. ¶ Zeugma q latine interptat iugatio: siue iunctura: siue adiectio est quemadmodū Donat⁹ ⁊ Diome. diffiniūt vni⁹ vbi cōclusio diuersis clausulis apte cōiūcta. addit Diome. cū duo aut 9plu

Mesozeugma.

ra ad vnā prē orōnis iūgēda referunt. Fit aūt p zeugma variatio psona⁊ vt ego lego ⁊ tu ⁊ Cic. numero⁊ū: vt romani pugnāt ⁊ hānibal. psona⁊: vt illud apli. hebrei sunt ⁊ ego. hui⁹ autē figure conuersio trib⁹ locis poni pōt:

Hypozeugma.

aut eni ponit vnū vbū ad qd sequētes sensus cōferant. vt ē vicit pudorē libido: timorē audacia: rōnē amētia. aut cū in medio sensuū loco positū reperit: vt apud V. iij. en. troiugena interpres diuū q numina phoebi: q tripodas

Antiptosis

clari lauros q sydera sentis ⁊ volucrū linguas ⁊ ppetis omina pēne. sentis eni vbū tā pmis q vltimis iūgit: od

Ntūs pro genitiuo.

id mesozeugma. i. zeugma a medio nolat: aut cū vno verbo sensus claudunt: quale est illud Cice. in catilinā. nihil te nocturnū psidiū palatij: nihil vrbis vigilie; nihil timor ppli; nihil 9cursus bono⁊ olm: nihil hic munitissim⁹ senat⁹ hndi loc⁹: nihil ho⁊ ora vultusq mouerunt: oēs sensus supiores 9cludit vno vbo mouerunt: ⁊ inde hypozeugma dr: hoc est zeugma ab inferiori. ¶ Antiptosis dr ab anti qd est p ⁊ ptosis casus. vnde q Diome. atq Donatus dicūt solocismū esse p casuū mutationē. cū vo rō aliq figura est: q latissime ptz: atq omissis q Marcel. colligit ex vario auto⁊ vsu ntūs ponit p gtō. Uer. v. en. cressa genus pholoe gemini circum hubera nati. i. gñis cretēsis. Gel. lib. xviij. Arist. inqt libri sunt vē gen⁹ elegātie referti. i. ols gñis. ⁊ in. ff. ti de fundo instructo. eadē rōne ponit actūs p gtō: nisi forte ⁊ ntūs est in lib. cui⁹ initiū est qsitū supellecticarios inqt ⁊ ceteros id gen⁹ seruos p eius gñis. Liui. apud priscia. qn duo inqt cōsules ei⁹ anni alter morbo alter ferro periissent suffectum cōsulē negabāt comitia h'e posse. due ordinarij cōsules dixit p duo⁊ cōsulum ordinario⁊. Nā quēadmodū dixim⁹ ī plepsi si ad ea q diuidunt vba singlr cōsequētur gtiū op⁊ pponi plurale diuidēdo. Ntūs quoq ponit p vctō. Uer. j. en.

Ntūs pro vocatiuo.

nate mee vires mea magna potentia solus. Pli. vij. na. hist. Salue prim⁹ olm parens patrie appellate. Nominatiuus pro ab'tō. Cice. in Lelio. Quid eniz indigens. aphricanus mei: p. in quo: ⁊ illud ex euāgelio. si quid aliquē

Gtūs pro nolatiuo.

defraudo: reddo quadruplū pro in aliquo. Genitiuus pro nominatiuo. Cice. in. j. de diuinatione. cum illius diei mihi venit in mentem pro ille dies: qd exemplum inter idiomata sermonis latini Diome. posuit. Idē quoq Cici

Gtūs pro oblatiuo.

in verrē. Ita velim mihi deos propitios: vt cum illius mihi tēporis venit in mentē: pro illud tempus. Ualla aliquod substantiuum in his clausulis subintelligendum esse opinatur: puta conditio: aut status: aut, fortuna. gtūs pro

ntō vel

nolatiuo vel actō ex figura greca. Terē. quot illic holm litigāt: pro quot holes. Idem. dij boni: boni quid porto: ꝓ qḋ bonū. Hora. j. ser. ille repotia natales aliosve dierū: ꝓ alios dies. Etūs ꝓ abltō. Cic. ad herē. v. tarorꝫ officiū eū iis de rebus posse dicere quo ad eius fieri poterit. i. ab eo. Datiuus ꝓ actō ꝯ prepositione. Uer. j. eñ. Inferretqꝫ deos latio. i. in latiū. ꝯ in eodē. venturū excidio libycꝫ. i. l excidiū. Accusatiuus ꝓ ntō. Uer. j. eñ. Urbē quā statuo vestra est: pro vrbs. Uocatiuus pro ntō. Septim⁹ casus pro gtō. Uerg. j. eñ. Sunt mihi bis septem prestanti corpore nymphe: pro prestantis corporis. Pli. libro. vij. natu. histo. gentez sylvestrem stridoris horrendi hirtis corpor b⁹: oculis glaucis: dentibus caninis. Alia ratione Plautus in cassina posuit septimū casum pro genitiuo. Habet inqt gladium: sed duos: quibus altero te occisurum ait: altero villicum: quibus dixit ꝓ a quorum.

Datiuus ꝓ accusatiuo.
Accusatiu⁹ ꝓ nolatiuo.
Uocatiu⁹ ꝓ nolatiuo.
Septim⁹ casus ꝓ gtō.

¶ Christophorus. Ego ꝯ tu aliqñ poete ordinem peruerterunt personarū. Terentius in adelphis. Hec se neqꝫ tu sciamus: neqꝫ ego non sinit egestas.

Ego ꝯ tu.
Synthesis.

Synthesis ē attributio ꝓprietatꝫ vni vel plurib⁹ copulatꝫ: qḋ fit nō grā vocis sꝫ significati: vt ps i frusta secāt: ꝯ reqrūt tria: hoc est vnū subiectū vel plura copulata: ꝓprietas: ꝯ attributio ꝓprietatis cōcordās cū significato ꝯ nō cū voce. Synecdoche ē attributio partis ad totū sub ꝓprietate verbi vel participij: vel nominis adiectiui: vt expleri mentē nequit: nuda genu nudoqꝫ sinus collecta fluentes. ꝯ requirūtur tria: hoc est totum: proprietas: ꝯ ps in accusatiuo posita.

¶ Ant. Synthesis grece latine iterꝑtaꝛ cōpositio: que quoties fit solecism⁹ est nisi aliqua ratione excuseꝛ: vt Uer. j. eñ. Pars in frusta secāt verubusqꝫ tremētia figūt: pars posuit pro aliꝗ. Hora. Iactam⁹ iampridē ols te Romaꝫ beatuꝫ. ols, Roma. posuit ꝓ oēs romani. Terē. in adel. aperite aliquis actutū ostium: pro aliqui ex vobis aperiant. Apul. iij. flori. ingens frequentia cōuenere. ꝓ homines frequentes. ¶ Synecdoche grece interꝑtaꝛ cōprehēsio: ꝯ est quoties id qḋ est partis datur toti: vt niger capillos ꝓ eo qḋ est habens capillos nigros. dicit autē posse fieri per verbum subaudi neutrū. Uer. iij. geor. Micat auribus ꝯ tremit artus. Idem. j. eneid.

Synecdoche.

Expleri mentem nequit: id est non habet mentem expletam. Idem. v. Flauaqꝫ caput nectuntur oliua per participium. Uer. j. eneid. Nodoqꝫ sinus collecta fluentes. hoc est habens sinus fluentes collectos: per nomē adiectiuū. vt idem in eodem. nuda genu: id est habens genu nudum. Hora. carmi. quam notam duxit viuens videri. Cetera fuluus. Hec figura quāqꝫ poetis tantum sit permissa: vtuntur aliquando illa ꝯ historici qui nonnunqꝫ in genere dicendi poetas imitanꝛ. Liui. xxij. ab vrbe. At vero Hannibal ipse dum murum incautus subit: aduersum femur tragula ictus cecidit. Pomponius mela de britannia. vltro inquit corpora infecti. Idē alio loco. formare totum bracchati corpus: ꝯ nil qua vident ora tecti. Apu. j. metha. Tremor inquit viscera quatior.

¶ Chri. Synthesis est. Fit etiam synthesis per primā personā. Pli. in prologo. Magna pars studiorum amenitatē quimus. ¶ Synecdoche citra grāmaticē et apud rhetores fit: qñ rei partē pro toto accipimus. Uerg. Talis vociferans tectum omne replebat. i. domū: domus enim tectū paries ꝯ cementum partes sunt. Historici vero partem quam poete in accusatiuo ponunt in effectiuo collocat. Salu. C. Anto. pedibus eger in prelio adesse nequibat. ꝓ quo oratores pedibus egris: poete vero pedes eger dixissent: sed de his latius scripsimus in opere illo qḋ de causis integre ꝯ corrupte locutionis emisim⁹. Sed grāmatica synecdoche aliqñ fit in extrapositis. Hor. j. li. ser. pueri magnis ꝯ cēturionibus orti leno suspēsi loculos tabulamqꝫ lacerto: id est habentibus loculos suspēsos ꝯ tabulā.

¶ Libri tertij finis.

¶ Incipit quartus.

Liber quartus. ¶ Quemadmodū libro superiori dictū est ꝓceptiue grāmatice partes sunt quatuor. Orthographia que de litera. Prosodia que de syllaba. Ethymologia que de dictione. Syntaxis que de octo partium orationis ꝯstructione disputat. ¶ De litera pauca in eodem libro tetigimus: qꝛ eius cōsideratio ꝑ singulas fere dictiones spargaꝛ: atqꝫ ex libris quos de vocabulorū significatione ptim edidimus: partim edituri sumus petenda est: quandoquidem singularia sub generalibus preceptis comprehēdi nō possunt. De syllaba copiosius in libro sequēti differetur. De ethymologia parte illa que circa singularum dictionū accidentalia versatur tribus libris superioribus per omnia f. re disputatū est. Nā deriuationes significationesqꝫ ad memoratos vocabulorum libros refertur: de quarta grammatices parte quaꝫ greci syntaxim: nos partiū orationis ordinē siue constructionē vocamus: in hoc quarto libro disputabimus. Resumentes in primis que de cōbinatiōe adiectiui cū substātiuo: relatiui cū antecedēte: nolatiui cū verbo primo libro scriptū est: quoqꝫ in fine libri superioris de figura cōstructionis diximus. Igiꝛ primū preceptū cōstructionis id qḋ libro primo diximus propemodū naturale est: qḋ adiectiuum ꝯ substantiuū in tribus cōueniūt: in genere numero ꝯ casu. Quod si adiectiuū cū substātiuo in illis trib⁹ nō cōueniret: solocismus esset manifestari⁹: nisi aliqua ratione vitiū illud excusareꝛ: vt Cice. ad atti. Solius enī meū peccatū corrigi potest. Idē pro murena. ex tuo ipsius animo cōiecturā aperis. Idē in pisonē. Dico mea vnius opera rempublicā liberatā. Et illud ex euāgelio Luce. Tuā ipsius animā pertrāsibit gladius. Excusaꝛ autē hoc vitiū qḋ genitiui illi solius ipsius vnius ad genitiuos substātiuos referunꝛ: qꝛ recesserunt ab vsu. in quorū locū substituta sunt pronomina possessiua: quēadmodū libro. j. dixim⁹: ꝯ infra cū de cōstructione verborū impersonaliū interest ꝯ refert dicturi sumus: ageꝛ. Nam qḋ Cicero in. iij. de oratore dixit Uolūtati vestre omniū parui: nō pōt ea necessitate excusari: cū potuisset dicere volūtati vestrū oium parui. illud vix tolerabile quod Ouid. in epist. ouidues scripsit. Et flesti ꝯ nostros vidisti flētis ocellos. Nā ꝯ nostros posuit ꝓ meos: ꝯ meos ꝓ mis. flētis vero quē genitiuū esse ex syllabe quātitate deꝓhēdiꝛ: nō ad vocē: sꝫ ad significationē retulit. Quod si post illa ꝓnomina possessiua que pro substantiuorū genitiuis ponunꝛ alterū substātiuū sequaꝛ in genitiuo intolerabilis erit ꝯstructio: quale est illud Boetij in. j. de cōsolatione. Solanꝛ mesti nūc mea fata senis. Et illud ex tertio libro regū. Tulit filiū meū de latere meo ancille tue. Et illud qꝫ pauli apostoli in prima epistola ad Corinthios. Salutatio manu mea Pauli. Nisi forte appositio duorū substantiuorū pro mis senis: mis ancille: mis pauli. Neqꝫ enī potuit dici mei senis: mee ancille: mei pauli: qꝛ error esset similis illi cui⁹ merito Ualla Priscianū refellit dicētē. Mei Prisciani egeo: tui Prisciani egeo: significabat enī idē qḋ meo Prisciano egeo tuo Prisciano egeo: nō me Prisciano egeo te Prisciano egeo. Ablatiui preterea numeri singularis hoꝝ nominū siue participioꝝ pñs absens iungunꝛ cū ablatiuis pluralibus quorūdā substantiuoꝝ: vt apud Terentiuꝫ i eunucho. Nescio qḋ profecto absente nobis turbatum est domi. pro absentibus nobis. Plautus i emphitrione. Neqꝫ nobis presente aliquis quisqꝫ nisi seruus. Pomponius attelanarū scriptor. qḋ enī apud forū presente testibus mihi vendidit: pro presentibus testibus. Neuius. Uolumus dona dare presente olbus: pro presentibus olb⁹. Acti⁹. est res aliqua presente his prius natura destituit pro presentibus his. Preterqꝫ autoritate potest excusari hoc vitiuꝫ illa ratione Marcelli qui putat has dictiones absente presente forme esse monopote. Genera qꝫ ꝯ numeri confunduntur cū non ad vocē sed ad rem adiectiuū referꝛ. vt Uerg. vij. eñ. Pars arduus altis pulueruIentus equis furit. Idem in. iiij. pars grandia trudunt obnixe frumenta humeris. ꝯ Hora. in. j. ser. Legati missi magnis de rebus vterqꝫ et

Partes preceptiue grāmatice sunt quatuor.
Mea vnius opera.
Ḡna et numeri aliqñ ꝯfundūtur.

Antonius Nebrissensis.

Ovi. de remedio. vtraq̃ formose me iudice sunt venerande. Idem in episto. oenones. Miscuim⁹ lachrymas mest⁹ vterq̃ suas. Hinc etiã pertinet illud Uer. xij enei. Dant sonitũ spumosi amnes ⁊ in equora currũt quisq̃ suũ populatus iter. Idẽ in eodẽ pro se quisq̃ viri summa nitunt̃ opum vi. ⁊ illud Liuij. Multi summo cũ parentibus certa re quoq̃ ciuitas suis. Secundũ quoq̃ adiectiuũ genitiui singularis posse iungi cũ substantiuo plurali suo loco diceimus. Cõstruunt̃ etiã inter se genera diuersa. vt Uer. dulce satis humor est depulsis arbutus hedis. ⁊ qđ sequit̃.

Relatiuum est duplex. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres. vbi dulce ⁊ triste diuersis gener. h⁹ copulant̃. Illud quoq̃ Luca. in .j. Hinc leges ⁊ plebiscita coacte. Relatiuũ duplex: est relatiuũ alterũ substãtie: alterũ accidẽtis.

Relatiuum substantie. Relatiuũ substãtie est quod refert antecedẽs substãtiuum: qualia sunt qui. que: quod: suus: sua: suum. ⁊ alia pronomina relatiua que dicuntur identitatis. Sunt alia relatiua que dicuntur diuersitatis: vt alius alter reliquus ceter cetera ceterũ: ũ ceter vspiam reperitur

Relatiuum accidentis. relatiuũ accidentis est qđ refert antecedẽs adiectiuum: cuiusmodi sunt qualis quantus quotus cuius. Relatiuũ accidẽtis cũ antecedente debet cõuenire si nõ sequatur alterum substantiuum cũ quo iũgi possit: vt si dicas: misi tibi libros mendosos: quales mihi dederas. Quod si alterũ substãtiuũ sequatur: cũ illo debet conuenire: vt est animal variũ: qualis est mulier. est templum magnum quantus est mons. Horatius tamen in epodo singulari exemplo relatiuũ accidentis antecedenti retulit dicens. Sed incitat me pectus ⁊ mamme putres equina quales vbera. Relatiuũ vero substantiuum cũ antecedente dз in genere ⁊ in numero ↄuenire: vt ego sum qui doceo. Si tamen quis vel qui inter duo ponatur substantiua vtriq̃ illorum referri potest: vt si dixeris est animal qđ appellant origem: vel quã appellãt origem. Si tamen substantiuũ quod sequitur nomen est ꝓpriũ relatiuũ illi debet respondere. vt Sallu. in catilina. Est locus in carcere qđ Tullianũ appellatur. Liui. anxur fuit que modo sunt terracine. Et paulus ĩ episto. ad Galathas Hieronymo interprete. Semini tuo qui est christus. Uer

Seruitia ꝓ seruis. gi. j. eneid. est locus hesperiã graij cognomine dicũt: vbi Seruius notat debere subintelligi quam ⁊ nullo modo quẽ: soloecismũ tamẽ fecit Ennius apud Diomedẽ cũ inquit. quis tu es mulier qui me insueto nũcupasti nomine qui dixit pro que. Sed quẽadmodũ hoc vitium intolerabile est: ita illud excusari potest qđ Boetius de cõsolatione scribit. nihil im beillius homine quos morsus muscularũ necat. Nam cũ homo indifinite significet retulit ad singulos qui sub specie humana continent̃. illud quoq̃ Sallu. in catilina. interea seruitia repudiabat: cuius initio ad eũ magna copia ↄcurrebat: cuius dixit ꝓ quorũ excusari potest qđ seruitia pro seruis singulari numero caret: qз si haberet ita dixisset seruitiũ pro seruis: sicut iuuentutẽ pro iuuenibus: sed hoc in singulari diximus: illud tñ cum in plurali: vel potius dixit cuius substãtiue in genere neutro: pro cuius rei: quale est illud Terẽ. in eunucho. Qui habet salem quod in te est: id est que res. Ad rem quoq̃ non ad vocem refertur quandoq̃ relatiuũ: vt apud Teren. in andria. Laudare omnes fortunas meas: qui haberem gnatum tali ingenio preditũ. meas dixit ꝓ mei: ea ratione qua supra diximus in pronominibus possessiuis subintelligi genitiuos illos quorũ in locũ successerũt. Ergo laudare pro laudabant omnes fortunas meas: id est mei qui haberem gnatum ⁊ cetera econtrario. Idẽ in eodem. Si quisq̃ est qui placere se studeat bonis quam plurimis in his poeta nomen profitetur suum: excusatur vitium ꝙ quisq̃ est qui ad plures pertinet nominatiuus ⁊ verbum. Soloecismi quoq̃ sunt ꝯ hoc preceptũ: sed excusantur aliqua vna ex figuris de quibus in fine libri superius dictum est.

¶ Liber quartus de Constructione octo partium orationis.

¶ Caput primum de Constructione verborum actiuorum post se.

¶ Epitome.

☞ Pars orationis queq̃ cui iungi desideret hic monstratur: et primo verbum actiuum cui construatur: ⁊ quas post se orationis partes ⁊ casus asciscat: hoc caput primum docet.



Uerba partim sunt ꝑsonalia: partim impꝑsonalia. Personalia sunt q̃ hñt numeros ⁊ personas. Impersonalia sunt q̃ carẽt numeris ⁊ personis: de quib⁹ postea diccimus. Personalia rursus in quinq̃ genera diuiduntur. actiuum: passiuum: neutrum: deponens: commune. Actiuum verbum est illud qđ desinit in o: ⁊ habet passiuum in or: et exigit ante se nominatiuũ in persona agenti vel faciẽti ⁊ accusatiuũ in persona patienti. Eius complures sunt species.

¶ Liber quartus de constructione.

Antonius. Quemadmodũ est ṽbũ ꝑsonale ante se cũ nto ↄstruit̃: ita post se varios casus recipit: quã rem nunc aggrediemur ab illo potissimũ facientes initiũ ꝙ ṽba partim sũt ꝑsonalia: partim impꝑsonalia. Itaq̃ ꝑsonale ⁊ impersonale duo ꝑma gña sunt verborũ: cũ Diomedes atq̃ Donatus partim ad significationẽ verborum partim ad modos ṽbũ impꝑsonale referãt. Illi nãq̃ ad quinq̃ gña ṽborũ siue significatiões addũt sextũ qđ appellãt impꝑsonale: ⁊ ad quinq̃ modos sextũ qđ eque vocãt impꝑsonale. Nos tñ q̃ significationẽ ĩ quinq̃ gña ⁊ modos ĩ numeꝛũ q̃nariũ diuidim⁹.

Uerbũ ꝑsonale. Impersonale verbum. Prima diuisiõe ṽborũ impꝑsonale pertimur vt sit illud ꝑsonale cui⁹ tpa ꝑ numeros ⁊ ꝑsonas explicant̃. Impꝑsonale cui⁹ tpa numeris ⁊ ꝑsonis carẽt. Differt autẽ ab infinito mõ q̃ eque numeris ⁊ ꝑsonis caret: qđ infinitiu⁹ ṽbũ alteri⁹ modi desiderat: impꝑsonale: nõ ĩdiget ṽbo alteri⁹ modi: q̃n poti⁹ ipsum libere ꝑ oẽs modos spargit̃. Sз ṽbi ĩpersonalis ↄsideratiõe ĩ aliũ locũ reiecta ṽbũ ꝑsonale ĩ quinq̃ gña: vt dialectici dicũt, subalterna diuidim⁹ oꝛ actiuũ: passiuũ: neutrũ: deponẽs: cõe: de q̃b⁹ singulatim differẽtes dicemus.

Actiuum verbum. ¶ Actiuũ ṽbũ esse illud qđ ĩ o desinit habetq̃ passiuũ ĩ or. Hec diffinitio nõ oĩa: sз pleraq̃ hui⁹ gñis verba cõplectitur. Nã audeo audes. volo vis: facio is. ⁊ do das actiua eẽ nemo dubitat: q̃ tñ ĩ voce passiua nõ habẽt audeor: volor: facior: ⁊ dor. Illa q̃з defectiua odi odisti: noui nosti: memini nisti, cepisti: inter actiua ꝓpe numerãda sunt: q̃ndoq̃dẽ cũ actõ cõstruunt̃: q̃ tñ neq̃ vocẽ actiuã in o: neq̃ passiuã in or habent. ¶ Et exigit ante ntĩ. Hoc commune est oĩbus verbis personalibus pro persona agẽti vel facienti: hoc ꝓpriũ est verbi actiui vel neutri actionẽ significãtĩs nã reliqua verborũ genera possunt ẽt passiue significare: exigunt q̃ ante se nõiatiuum ꝓ persona patiẽti: vt exulo exulas: letor letaris: criminor criminaris

Accusatiuũ in persona patiẽti: hoc etiã cõi ꝛ deponẽti cõe est: nisi ꝙ oĩa actiua possunt cõstrui cũ accusatiuo: non tamen omnia sed q̃dã coia ꝛ deponẽtia. Quod vero dixit in persona agentis vel patientis non otiose dictũ est. Nam differentia illa inter agere ꝛ facere qua vtitur Arist. vj. eth. ꝛ. ix. methaphysicorũ nõ solũ a philosophis: verũetiã a studiosis lingue latine obseruat: vt facere sit rerũ i materiã exteriore trãseũtiũ: vt feci domũ. feci librũ: feci op⁹. Agere vero est rerũ immanentiũ: vt ago fortiter: ago prudẽter: ago oratione. Ego hoc loco no possum satis mirari que demẽtia grãmaticos ceperit ptim iuniores: ptim etiã quosdã ex antiquioribus: vt verbũ actiuũ diffiniant: qd põt cõstrui cũ acto noĩm significantiũ animal rõnale: neq; eñ aliã ob causã illos hoc scripsisse arbitror: nisi vt difficultatẽ augerẽt iis in rebus quibus nulla erat difficultas. Nã quid per deũ immortalẽ obsecro te ad grãmaticũ rei literarie pẽrtum adhuc rudẽ scire attinet qd sit trãsire i alal rõnale: qd i alal irrõnale. Aut si dicere possimus ego exerceo terrã: tu seminas agrũ: ille comedit panẽ. cur etiã si rerũ natura non patiat nõ possum⁹ dicere. ego aro mulierẽ: tu seminas filios: ille comedit puerũ. atq; i voce passiua: ego aror: quẽadmodũ apud Oui. ij. me. tellus dicit: totoq; exerceor anno. ꝓ aror. Uer. j. ge. Exercetq; frequens tellurẽ atq; imperat aruis. Et qd pau. ad Timotheum. c. iij. scribit eñ iã deubor. Qd si seminor a patre: comedor a lamia: ꝛ filia dicere nõ possum: qm illud dici posse rex natura nõ patiẽ: ac licebit dicere: ego nõ aror: no seminor: nõ comedor: sꝫ nec arari: neq; seminari: neq; comedi possũ. Neq; illud dici posset: asin⁹ cẽtupes volat: bos alat⁹ disputat: vulpes argutia cauillaẽ. Et nõ intelligũt hõies periti aliud esse grãmatice loq̃: aliud verũ a falso distinguere: qd ꝓpriũ e dialectici. Pari stultitia sũt qui rẽ neq; phis quidẽ oib⁹ perspectã conanẽ ad grãmaticẽ trãsferre: quo miserox simpliciũ puerox ingenia vexẽt ꝛ torqueãt in re q̃ nihil ad illos ptineat. Aiũt nãq; ṽba illa: metuo: timeo: formido: ꝛ q̃ ad sensus exteriores i̲teriores q; ptineãt: qualia sunt video: audio: tãgo: intelligo: sentio: cõstrui: cũ ntõ in ꝑsona patiẽti: ꝛ cũ actõ i ꝑsona agenti vel facienti: vt si dixeris: video lapidẽ: qꝛ lapis sensũ videndi moueat idcirco agere putãd⁹ sit. Hoc est simplicitatẽ puerilẽ erudire: an nugis vel poti⁹ nebulis q̃busdã inuoluere: aut cũ dr: video lapidẽ quo puer intelligit lapidis ipsũ oculos meos mouere: cũ et iter phõs sint q̃ dicãt visionẽ ꝑ radiox ex oculis emissionẽ fieri. Eadẽ rõne pauca admodũ ṽba essent q̃ nõ hẽrent significationẽ inuersam: vt in voce actiua ꝑsona agẽs vel faciẽs sit in actõ: at e diuerso patiẽs in ntõ: cũ presertim phi dicerẽt ꝙ oẽ agẽs agẽdo repatiẽ: hoc eñ nõ q̃ aliqd e mat ab illo patiẽ: cũ amor vt phisici dicũt affect⁹ vel vt iuniores dicũt passio sit: sed hoc nõ magis ad grãmaticũ ptinet: q̃ verũ a falso distinguere: cũ hoc ad dialecticũ vt diximus: illud ad phm pertineat. Eius hoc est ṽbi actiui complures sunt spẽs. siue grad⁹: siue ordines: sunt eñ sex. Nã cũ sit ṽbi actiui ꝓpriũ posse cũ actõ ꝯstrui: aut cõstruiẽ tñ cum accõ: aut cũ actõ ꝛ gtõ vel dtõ vel altero actõ vel septimo casu vel abltõ cũ ꝓpõne a vel ab. ex q̃ fit vt verbi actiui sex sunt spẽs. Species autem non eo modo accipim⁹ quo grammatici: qui in singulis partibus orationis ponũt specie pro illa forma qua primitiuum a deriuatiuo distinguitur: sed quo dialectici qui generi supponunt species: vt cum sint quinq; genera verborum quodlibet genus rursum diuidatur in species. Species.

Liber quartus de constructiõe quã nouissimũ libri superioris receperat caput: liber hic quartus cetero rũ librox potissim⁹ absoluit. Quippe libri reliqui voces tñ: at hic quart⁹ sermonẽ ꝯstructũ ꝯtinet. Est eñ sua cuiusq; orõnis partiũ ꝯstructio: sed oĩm partiũ solius verbi cõstructio est facile ꝑnceps. Pẽdẽt eñ partes singule a verbo vt eo tandẽ velutí nexu ferruminentur ꝛ sibi cõstent. Nã authore Quint. in verbo vis sermonis est. ¶ Uerba partim. hoc ṽbi cuiusq; deductiõe vsus videẽ. Quint. institutionum lib. j. quũ ait. Accipimus aliter. Pandiẽ interea dom⁹: aliter tollis turbatur agris. nunc vero turbatur impersonale: pandiẽ quidẽ ꝑsonale dignoscit: nullũ itaq; verbũ siue finitũ: vt amo ꝛ pudet: siue infinitũ: vt amare pudere: nõ vel ꝑsonale vel impꝑsonale est: eo ṽo ꝙ quidã dicũt verbũ ꝑsonale ꝛ impersonale esse simul: cuiusmodi foret placet ꝯstat: dicim⁹ eñ ꝑsonaliter placet mihi lectio: ꝛ impꝑsonaliter: placet mihi legere. Uñ colligũt verbũ debere diuidi ꝑ ꝑsonale tñ: atq; impꝑsonale tñ: ac demũ per ꝑsonale ꝛ impersonale simul: facile huic cauillo respõderi põt hãc ꝑceptionẽ exegeticã esse: nõ aũt historicã: atq; nusq̃ apud latinos authores idẽ ṽbũ simul ꝛ ꝑsonale ꝛ impersonale reperiri. licet: methodicus vero preceptor tradere possit aliquod verbum ꝑsonale ꝛ impꝑsonale precipiendo declarari. Aiaduertẽdũ est plurimas verbi apud neotericos preceptores diuisiones inueniri tum ratione significationis: tum vero ratione vocis. Significationis aũt: vt verba partim sunt substãtiua: vt sum es: partim vero adiectiua. vt amo amas. verba partim sunt ꝓpria. vt dolet mihi caput: partim ṽo figurata: vt doleo caput. verba partim singularia: vt habeo grãm. ptim vero pluralia: vt ago gratias: verba partim reciproca: vt capit me dolor: vel capio dolorem: partim vero no reciproca: vt lectio fastidit me: nõ aũt ego fastidio lectionẽ: nisi tropicos dicatur. ṽba partim sunt corporis: vt cõsternor cõsternaris: partim vero animi: vt cõsternor consternaris. Uocis autem respectu. Uerba partim sunt primitiua: vt video vides: ptim deriuatiua: vt viso visis ṽba partim sunt simplicia: vt video vides. ptim vero cõposita: vt ꝓuideo ꝓuides. Uerba partim sunt integra: vt doceo es. ptim ṽo defectiua. vt queso quesumus. Uerba quedã sunt congressiua: vt mando mãdas mãdo mandis. quedã sunt nõ cõgressiua: vt doceo doces. verba quedã sunt transgressiua: vt mereor merui: soleo solit⁹: quedã vero non transgrediunẽ: vt doceo doces. nõ igitur ṽbi vna dũtaxat datur diuisio. Sed author illã olim supremum delegit: vt cuius autor est Quintilia. Varie verborum diuisiones.

¶ Cacephatõ qḋ interp̄tat mala siue turpis locutio fit duobꝰ modis: vel ex iũctura partiũ orõnis: cũ vꝫ ex fine p̄cedẽtis dictiõis ꝛ p̄ncipio sequẽtis aliqs sonꝰ durꝰ: aut turpis sensus sentit. Et ponit exẽplũ de dura cõpositiõe ex vg. i. en. Et nũerũ cũ nauibꝰ equat. Nã rũ. ꝛ cũ dure coeũt. de scḋo. Mar. nũc i adoptiuã p̄fica chara sumꝰ. Aut ce mittit cacephaton cũ ipsi vbo subest aliqua turpitudo: vt apḋ Terẽ. i and. Arrige aures pãphile. cũ arrectio pprie sit mẽbri genitalis rẽtigo. Mar. arrigis ad vetulas: fastidis bosse puellas.

Pleonasmos.

¶ Pleonasmos interp̄tat plenitudo siue supabundãtia: ꝛ fit qñ supfluit aliqḋ vbũ sine quo snĩa nihilominꝰ erat pfecta: vt v. j. en. sic ore locuta est: supfluit nõ qꝫ ore pticula: qꝛ sine ore loq̃ nõ possumꝰ.

Perissologia.

¶ Perissologia interp̄tat sermonis supfluitas: nã perissos est supfluꝰ: ꝛ est quãdo eã verba supflua addunt: siue cũ eãdẽ rẽ varijs modis dicimꝰ: vt ibãt q̃ poterãt: q̃ vo addit qua nõ poterãt nõ ibãt ociose adiectũ est: qꝛ in superiori sermone intelligit etiã si nõ dicat.

Macrologia.

¶ Macrologia interpretat lõgus sermo: siue longitudo sermonis: nã macros est longus: ꝛ est qñ breuis sentẽtia multis verbis contexitur: ꝛ ponit exẽplũ ex Liuio lib. vij. ab vrbe. legati non impetrata pace retro vnde venerunt reuersi sunt: satis enĩ fuisset dicere legati non impetrata pace redierũt. ¶ Tantologia interpretatur identitas sermonis a tãtos qḋ est idẽ: ꝛ est qñ repetitur eadẽ res per diuersa verba: vt si dicas: egometipse feci: met ꝛ ip̄se ociose adiecta sunt: saltẽ alter ...

¶ Eclipsis interp̄tatur defect⁹ ab eclyome qḋ ē deficio: ⁊ est qñ particula necessaria l' orone deficit vbū male sine q̄ ofo. imp̄fecta ē: ⁊ ponit exēplū ex Uer.j.en. cū iuno eternū seruās sub pectore vuln⁹. hec secū: subaudi locuta ē. ¶ Tapinosis interp̄tatur hūiliatio: nā tapinos ē hūilis: ⁊ est qñ rē magnā vbo hūili min⁹ significāti exprimim⁹: ⁊ ponit exē plū. Uer.j.en. vterūq; armato milite cōplēt. Nā milite p militib⁹ min⁹ dixit: ⁊ pl⁹ itellexit ⁊ dulichias rates. idē vgi. dicat l' bac. p naues vlixis: cū rates nō sint naues: sz lignoꝝ strues ad traiciēda flumina: addit q; tertiū exēplū ex Ho. j. car. peli: de stōacum credere nescij. i. achill' nepot' pelei irā q̄ nesciebat alicui cedere ponēdo stōachū p ira p̄tē ignobiliorē p nobili posuit.

Eclypsis.

Tapinosis.

Eclipsis est defectus q̄dā necessarie dictiōis quā desiderat p̄cisa snīa: vt hec secū: deest loq̄batur. Tapinosis ē hūilitas magne rei nō id agēte snīa qḋ demōstrat: vt penitusq; cauernas īgētes vterūq; armato milite cōplēt. i. multe legiōes armatoꝝ militū impleuerūt illas cauernas. Et dulichias vexasse rates. ⁊ pelide stōachū cedere nesciū. Cacosynthetō ē vitiosa dictionū cōpositio. vt versaq; iuuēcū terga fatigam⁹ hasta. Amphibologia ē āmbiguitas dictiōis q̄ fit p accm̄: vt si q̄s dicat. audio secutorē retiariū occidisse: aut p vbū: vt criminatur cato: vadatur iulius: nec addatur quē vel a quo. aut p p̄ticipiū. vt video statuā aureā hastā tenētē. Fit ēt p homonyma: vt si q̄s dicat aciē: neq; addat oculoꝝ: aut exercitus: aut ferri. Fit ēt plūribus modis quos recēsere oēs (ne nimis lōgū eēt) non opz.

¶ Cacosyntheton interp̄tatur male cōpositū: ⁊ ē qñ p̄tes iter se male coordinātur: qḋ plerūq; l' carie cōtigit: et ponit exēplū ex vir.ix.en. versaq; iuuēcum terga fatigam⁹ hasta. hoc nō agim⁹. i. istigam⁹ terga iuuēcū p iuuēcoꝝ hasta versa. i. eadē hasta q̄ ferro pūgim⁹ versa l' stimulū. ¶ Amphibologia interp̄tatur āmbiguitas sermōis siue āphibologia ābiguitas. ab āphibolos qḋ ē āmbigu⁹: ⁊ ē qñ sub eisdē vbis varij sensus pñt itelligi: qḋ plurib⁹ modis fieri pōt: ponit aūt exēpla q̄rūdā illoꝝ modoꝝ ⁊ i p̄mis p accm̄ cū q̄ mod⁹ īfinitiu⁹ cōstruit añ se ⁊ post se: nā dubium est vter illoꝝ sic positus ē in p̄sona agēti aut patienti: vt si q̄s dicat audio secutorē retiarium occidisse. ambiguū ē vter illoꝝ alteꝝ occidit. fuit aūt lud⁹ apḋ āntiq̄s i q̄ secutor q̄ idē mirmillo dicebatur cum retiario cōfligebat: de hmōi ludo multa apḋ Iuu. Mar. Trāq̄llū: atq; alios authores dicūtur. Aut p vbū subaudi cōis significationis fit amphibologia: vt cato criminatur: cū actionē ⁊ passionē significet dubiū est an cato accuset an accusetur: q̄re ex additis amphibologia est tollēda hec exprimēdo quē aut a q̄ criminatur: vt eodē mō, vador vadaris qḋ ē vades dare aut vades accipe. ¶ Fit etiā p homonyma hoc ē p euocationē alicuius verbi: cū vnū nomen plura significat: nā si simpliciter p̄feratur amphibologiā relīq̄t: cū lector aut auditor nesciat in quā partē debeat accipe vocabulū illḋ: ⁊ ponit exēplum de cane qḋ tum aīal nobis familiare: tū stellā notā: tum piscem maleficum significat. Addit pretere a plurib⁹ alijs modis posse fieri amphibologiam.

Cacosyntheton.

Amphibologia.

¶ De metaplasmo.

Metaplasmus est trāsformatio q̄dā recti solitiq; sermonis in alterā speciē metri ornatus necessitatisve cā. Huius sūt p̄tes q̄tuordecī. p̄thesis. epēthesis. paragoge. apheresis. syncopa. apocopa. ectasis. systole. dieresis. synalepha. synerisis. ecthlisis. anthitesis. metathesis. Prothesis est appositio q̄dā ad p̄ncipiū dictiōis līe vel syllabe vt gnate p nate. retulit p tulit. Epēthesis est iterpositio q̄dā ad mediā dictionē līe vl' syllabe: vt relliq̄as p reliquias. Induperator p imperator: hāc aūt alij epenthesim: alij parēthesim vocāt. Paragoge ē q̄dā appō ad finē dictionis litere vel syllabe: vt magis p mage ⁊ potestur p pōt. hanc alij paralipsim: alij p̄lepsim. i. presumptionē vocāt. Apheresis est ablatio de p̄ncipio dictionis līe vel syllabe cōtraria p̄thesi: vt dimitte p mitte. ⁊ tēno p cōtēno. Syncopa est ablatio de media dictiōe līe vel syllabe cōtraria epēthesi: vt audacter pro audaciter ⁊ commorit pro cōmouerit. Apocopa est ablatio de fine dictionis litere vel syllabe cōtraria paragoge. vt achilli: pro achillis. possis pro possitis. potest pro potestis: mutu pro mutuo. Ectasis est extensio syllabe contra naturam verbi: vt italiam fato profugus. cum italiam prima syllaba correpta dicere debeamus.

¶ De metaplasmo.

Metaplasm⁹ interpretatur trāsformatio: ⁊ est qñ idḋ qḋ p̄prie dr̄ trāsformatur in aliā speciem: qḋ nō pōt fieri nisi p vitiū qḋ qz excusabile est p aliquā rōnem dr̄ metaplasm⁹ quē dixim⁹ eē mediū iter barbarismū ⁊ lexim. Rō aūt q̄ potest excusare hoc vitiū est aut metri necessitas: aut ornat⁹: qḋ aliq̄d elegantius dr̄ per figurā q̄ per p̄priū: aut necessitas: cū nō habem⁹ propriū vtimur mutuo: aut accommodato: ponit autem metaplasmi quatuordecim spēs de quibus sigillatim differit. ¶ Prothesis interp̄tatur appositio: ⁊ est cū in p̄ncipio dictiōis apponitur līa vel syllaba: ⁊ de līa ponit exēplū de Uer.j.en. Gnate mee vires mea magna potētia sol⁹. p eo qḋ eē debuit. Nate de nascor ris. natus. de additione syllabe nō ponit exēplū: sz p̄ht eē exēpla ex p̄pōnib⁹ cū i cōpōne nihil signt: vt, adsilis adnoto. ¶ Epenthesis interp̄tatur interpō ab epen qḋ est inter: et thesis positio: ⁊ est qñ in medio dictiōis interponitur līa: vt redeo a re ⁊ eo iteriecta d: aut syllaba vt Iuue. Gralus ⁊ barbarus induperator. ⁊ hāc alij parēthesim vocant: q̄ eque iterpositio interp̄tatur. ¶ Paragoge interp̄tatur adductio. a para qḋ est ad: et goge ductio: ⁊ est qñ in fine dictiōis additur litera vl' syllaba. vt p mag' mage. Nam mage debet esse ab eo quod magne. ⁊ quod Uergilius. viij. en. liquido ve potestur electro: dominarier p dominari. ¶ Apheresis interpretatur ablatio ab apheresis quod est auferri: ⁊ est qñ a principio dictionis aufertur litera vel syllaba. vt si dicas. Mitte arcana dei. Et quod Verg. en. qui tela typhoea temnis p cōtēnis. ¶ Syncopa interpretatur cōcisio a syn: con et copto scindo: ⁊ est quando ex medio dictionis intercīditur litera vel syllaba: vt audacter pro audaciter. i. litera dispuncta. ⁊ illud Hora. in. ij. ser. at ille qui me commorit melius non tangere clamo pro commouerit. ¶ Apocopa interp̄tatur abscisio ab apo de et copto scindo: et est quando ex fine dictionis absciditur litera vel syllaba. vt Vergilius. j. enei. relliquias danaum atq; immitis achilli pro achillis et si quis dicat possis pro possitis. et mutu pro mutuo: et sunt forte exempla sumpta ex antiquis authoribus. ¶ Ectasis interpretatur productio ab ectanyo quod est produco: et quando syllaba breuis ponitur pro longa. siue p ducta: ⁊ ponit exēplū ex p̄ncipio En. Uer. Italiā fato p̄fugus lauinaq; venit littora: nā i p̄migenio breuiatur. idē l. vij. ital⁹ q; p̄r q; sabin⁹: ⁊ i possessiuo gētili sz breuiat eadē, nisi necessitas viget: vt i. viij. italos i p̄ha Cesar.

Quid ē metaplasm⁹ ⁊ q̄tuordeci ei⁹ spēs.

Prothesis.

Epenthesis.

Paragoge.

Apheresis.

Apocopa.

Ectasis.

id qđ ceteris q̃z consonantib⁹ accid̄it. Aut qđ igno rationis dedec⁹ fuit sonū s lr̃e ꝓpriū huic lr̃e accō modare? Qđ si c lr̃a cū aliis vocalib⁹ alr̄ aliterq̃ sonaret: iam nō vna lr̃a: s̄z due erunt: siquidē vt dixi mus literarū diuersitas nō ex figura: sed varietate sonorū ꝓuenit: neq̃ sunt italorū quidā tolerabiliores: qui voce ad magis incōdita candē ꝓferūt cocvez mō do hispani lectiōe latina atq̃ vernacula checi: qui sonus cū neq̃ sit hebraice neq̃ grece: s̄z neq̃ latine ne ꝓpri⁹: de illo th̄ Persi. poeta mihi itellexisse videt̄: cū i mollē ac parū virilē vocē carmina recitā tiū inuect⁹ scribit. Queris ne vn̄ hec sartago loquē di venerit i linguas? Neq̃ eñ est son⁹ vll⁹ q̃ magis imitet̄ stridorē illū sartaginis cū in eo frigit̄ aliq̄d q̄ is quē itali i hac lr̃a ꝓferēda exprimūt. Neq̃ sūt ridēdi min⁹ fere oēs galli q̄ hui⁹ lr̃e sonū cū s lr̃a cōfundūt quo perperā nunc ꝓfert̄: s̄z de hoc pluri bus cū de g lr̃a disputabit̄. Iā vo ille ꝓprius his panorū error ē. q̄ eodē sono enunciāt c exile quo ch aspiratū sequētib⁹ a vel o vel u vocalib⁹ vt cho rus pro hoim eiusdē habitus ⁊ etatis cetu: ⁊ cor⁹ ꝑ vēto quē greci vocāt argestē: cū multo pl⁹ a se distēt inuicē q̄ alterutrū a g medio. Par q̃z vitiū cōmittit̄ cū post ch sequētib⁹ e vel i vocalib⁹ talis voc exprimit̄: qualis illa est quā itali proferunt cū post c exile eedē vocales subsequunt̄. Cū itaq̃ tres sint hui⁹ gn̄is litere sola aspiratione ⁊ exilitate di stātes q̄ triplicē nobis sonū hebraice grece ⁊ lati ne exhibēt excludam⁹ ab illis vocca partim impti nētes: ptim grecia ⁊ latinis necnō hebreis olno in cognitas. Circa g p̄terea literā non min⁹ pl̄ ratione peccat̄: cū post illā sequunt̄ e vel i vocales. Son⁹ nāq̃ ille cū sit hebreis grecis ⁊ latinis icognit⁹ nō aliūde mihi sumpt⁹ vr̄ q̄ a ligua punica: i quē lr̃a est ꝓpria q̄ vocē illā reꝑñtet. S̄z nobis q̄ sacras

Ɡ penorum litera peculiaris.

maxime lr̃as ꝓfitemurq̄ cōicatio est aut esse debet cū peniis xp̄iani nois hostib⁹? Quē igit̄ sonū g lr̃a sequētib⁹ vel a vel o vel u h̄z. eūdē sequētib⁹ e vel i retinet: si quidē paulo ãte diximus cōsonātes eque vires suas ad sequentes vocales ꝓferre. Qđ si alr̄ cū his: alr̄ cū illis sonaret: iā nō vna lr̃a s̄z plures essent. De adulterina vo illa voce quā greci ⁊ itali huic litere attribuūt quoties cū in litera coagmen tatur eam de n disputabitur agemus.

De p b ph literis. Cap. x.

Quod de c g ch i capite superiori diximus idē nūc de p b ph. dicēdū ē: q̄ cū iter la bia magis, minusve ꝯpressa forment̄: nullaq̃ alia re distent q̄ exilitate ⁊ a spiratione: idq̃ oēs orthographie scri ptores fateantur: omnes circa hanc literarum rō nem nō nihil peccāt. Ad ꝓmū hebrei q̄ beth literā

Beth hebrea nota cū virgula raphe a u consonans profertur.

cū raphe tali sono ꝓfert̄ qlē nos u ꝯsonāti accōmo dam⁹. nā si b cū dages hoc ē pūcto medio scribat̄ tūc ipsi fatent̄ ꝯpressis labiis debere formari: q̄si velint dicere b laxū ad u cōsonantē: ꝓssuz vo ad p exilis vocē proxime accedere. Pari i errore mihi videntur esse greci q̄ eo modo beta ꝓferunt quo he brei suum b cū raphe: hoc est dētib⁹ supernis infe riori labro admotis. Qđ si ita esset he tres lr̃e alio re magis distarēt: q̄ eo qđ diximus quodq̃ oēs grā matici fatentur aspiratione vez ⁊ exilitate. Quare nō eius iā generis apud grecos erit atq̃ apud he breos: nō vna s̄z due erunt litere: siquidem inter b ⁊ u ꝯsonantē multo maior est distātia q̄ que possit per aspirationē ⁊ exilitatē designari. Ex quo fit vt latini multo melius b ꝓferāt q̄ hebrei ⁊ greci cū a p litera sola distet labiorum laxitate: id qđ oēs or thographi fatētur. Hinc est qđ Quinti. annotauit in hoc verbo obtineo: cū secunda litera sit b aures magis audire p idq̃ ex hac literarum cognatione accidere. Latini p̄terea non minus q̄ hebrei ⁊ gre ci in hac parte peccāt. Nā cū ph sola aspiratione distet a b ⁊ p literis vtriq̃ eo modo proferūt: quo f literā: cum sit inter f ⁊ ph tanta distātia: quāta pōt esse inter quaslibet duas cōsonātes: cum ph q̄ tñ in dictiōib⁹ grecis: aut peregrinis grecā literaturā habētib⁹ reperiatur dulce nescio q̄d solutis labris

Quintilia.

aspirās f lr̃a: q̄ vt ait Quin. sexta nostrarum est pe ne nō humana voce vel oīno nō voce potius inter discrimina dentiū efflāda est: q̄ etiā cū vocalē primā accipit cassa quodāmodo: cū ꝯsonātē aliquā fran git multo horridior. Cū igit̄ illā ab oībus receptā sit: vt in dictionibus grecis hebreis ⁊ punicis que apud illos p ph scribunt̄ a nobis quo per ph aspi ratum debere scribi: nullus relinquet̄ in illis f lr̃e vsus: illud vero nō possum hoc in loco nō mirari: qua rō potuit ꝑsuadere illis q̄ dictiōes hebraicas arameas ⁊ egyptias p ordinem alphabetarū in Lexicon redegere: vt q̄ illi per phe aspiratū scripti tent: ipsis per latinū f scribere placuerit. Quēadmodū eñ phe aspiratū aut phi grecū latinis co gnitū: ita ediuerso f lr̃a grecis ⁊ barbaris: atq̃ vt alios interim omittā: diuū Hieronymū imprimis demiror tā cupide hunc literarū ordinē inuertisse: vt in interpretatiōe operis eusebij cesariēsis qđ est de topographia locorū sacre scripture q̄ ille p phe literā i p̄ncipio dictionū scripserit hic p f scribere maluerit: qđ etiā obseruatū est in altero suo ope re qđ est de noim hebraicorū interpretatione: vt q̄ hebrei per suū phe: ipse per f quoq̃ in principio di ctionū scripta reliquerit. Nisi forte qđ mihi sit vo simillimū atq̃ ꝓbabile: alr̄ q̄ ipsiā fuit: q̄ vt est nr̄i tpis hoim ignauia ordinē illū immutauit. Quam tñ rationem scribendi nemo est qui hodie sequat̄: sed neq̃ secuturi sumus in lexico nostro: qđ de di ctionibus hebraicis propediem publicabimus.

De t d th literis. Cap. xi.

Cum preterea sunt apud hebreos et grecos tres quoq̃ litere eiusdem p ne gn̄is q̄ in primori lingua superio rib⁹ dētib⁹ appulsa formētur d t th nō alia rōne inter se distātes q̄ ille q̄

T d th ana quare inter se distant.

supra diximus c g ch atq̃ iterū p. b ph distinctis: latini i eo plurimū peccāt: qđ eodē mō ꝓfe rūt th aspiratā qua t exile: cū th tñ vincat aspira tiōe dimidiū quantū d ipsuz exilitate vincit a t exi li: itaq̃ eodē modo proferunt thalamus quo talos priori syllaba. Iam vero error ille qui apud oēs ꝑpe latinos increbuit: quiq̃ remigij cuiusdam pre

T ante e, se quēte voca liquē sonū habeat.

ceptione inductus est qua ratiōe defendi potest. Aiunt namq̃ qđ si post t sequatur ita qđ deinceps altera vocalis t migrare in sonū c. Quare nemo fe re iam est q̄ ex hac rōne nō ꝓferat sapiētia: prudē tia quatio partio: qua malicia necquicia socio ficio: quāq̃ in hoc quēadmodū supius dictū est alius sit error: qđ nec ipm c cū sonū exhibet sequētib⁹ e vel i quē vulgus putat. Ego q̄s iste sit Remigi⁹ fateor me ignorare: ausim tñ asserere fuisse hoim plane barbarū: ⁊ q̄ in sermonis latini perniciē hic ausus tā pestiferā p̄ceptionē p oēs nolo latini mortales effundere: cū null⁹ vnq̄ q̄ de affinitate literaꝝ liter se: aut permutatiōe scripserit tale aliquid tradat. Nā q̄d obsecro habēt cōe t ⁊ c fine recte: sine ꝑpe rā enūcient̄? Qđ si quēadmodū supra diximus eun dē sonū reddūt: at eādē esse literā fatearis necesse est: quādoquidē literarū diuersitas non ex figura: sed ex soni varietate colligitur. Qđ si in dictio[nibus] latinis id debere fieri tam asseuerare ausi. [...] nō permittent hebrei: sed neq̃ greci dictiones suas tam aliena a suis literis voce proferri.

De i consonante. Cap. xii.

Disputaturo mihi i hoc loco de i ꝯso nāte libet ad vbū trāscribere qđ ali cubi notauim⁹. Nemo inq̄ est q̄ ne sciat i latinū mō vocalis: mō cōsonā tis loco pauī: atq̃ eē tūc vocalē cū re liq̄s vocalib⁹ pura sonat: tunc cōso

Greci i cōsonantem nō habent.

nātē cū vocalē aliquā ferit: atq̃ illi coagmētatur: illud vero pauci intelligunt quo sono proferenda

sit cum pro consonante accipitur. Sed quoniã gre
ci hanc literã nõ habent: atq illius sonum penit⁹
ignorãt: nõ possum⁹ illoꝝ testimonio qd volumus
efficere: fuit tẽpus quo putabam⁹ hebreos q̃z i cõ-
sonantem non hẽre: opinabamurq quotiens apud
illos vocalibus p apices designatis iũgeret̃ i diph
thõgon cũ illis coire. postea vero ppensa ⁊ examina-
ta huius lr̃e platiõe ⁊ eo q̃ ab hebreoꝝ quibusdã
doctissimis accepi: facile in hãc sniam deduct⁹ sũ
vt existimarẽ eundẽ aut certe psimilẽ eẽ sonũ atq
germanũ iod hebraici qd i cõsonãtis latine. Quas
re ab illis ratio est accipiẽda qua pferre hãc lite-
ram debeam⁹. Est ⁊ illa q̃ nobis psuadere põt q̃ so
no hec lr̃a enũciãda sit: quod quotiens i fine dictio-
nis ponit̃ etiã imperiti itelligũt nõ hr̃e eũ sonũ quẽ
isti in principio syllabaꝝ aut in medio pferũt: sed
cum poti⁹ quẽ italoꝝ atq hebreoꝝ doctissimos di
xim⁹ huic lr̃e accõmodare: in his nãq dictionibus
cui ⁊ hei ⁊ huic: in qb⁹ i finalis nõ vocalis: sed 9so-
nans est: eodẽ sono hec lr̃a etiã ab ignaris pfertur
quo ab hebreis isai madai ephraim. Qd si dictio-
nes grece aut grecoꝝ literaturã hñtes in latinum
vertimus iota fere sp in i latinũ transfert̃: cum nisi
holis quotiens in principio dictionũ sequẽte voca-
li ponit̃ nõ modo vt 9sonantẽ sed vti suã consonã
tẽ pferũt: qualia sunt iãbus: iasp.s: iason: in qb⁹ i
plane vocalis est. Qd si iesus dissyllabũ apd iunio
res hymnographos ⁊ iudeos trisyllabũ hoc ẽ p i
9sonãtẽ apud latinos poetas legit̃ in eo illi nõ se-
quunt̃ grecos q̃ i 9sonantẽ nõ habẽt: sed hebreos
apd q̃s eiusmodi vba p i 9sonantẽ scribuntur. E di
uerso Claudianus i epigrãmatis ⁊ Iuuẽc⁹ in euã
geliis relicta origine hebraica grecos secuti iesus
trisyllabũ: hic ille Jacob⁹ q̃ trisyllabum i carmine
posuit. Qd vero troia. maia: aiax: soluta diphthõgo
p i cõsonantẽ a latinis pfertur ex ignorãtia origi-
nẽ habuit cũ a grecis troia p oi diphthõgon maia.
⁊ aiax p ai diphthõgõ q̃z pferant: illi deteriores ad
huc q̃ dictiões hñtes i aspiratũ in principio: qd te-
ste Priscia. vel ex ea cã nõ põt eẽ cõsonans: ipi mo-
re suo voce incognita neq vnq̃ latinis audita pro
ferant: q̃lia sunt hiacincthus: hierosolyme. Naz q
greci hieremias: hieroboam: hierusalẽ: hierico et
hmõi multa nola q̃ hebreis p i consonantẽ in prin
cipio scribunt̃ p i iota hoc est p vocalem scribunt
necessitate excusantur qd i consonante carent. Cur
vero aspirationẽ adiecerint. fateor me ignorare: nisi
forte voluerũt nob⁹ hebraicis ethimologiã grecã
dare: qd hieros sacer interptat̃. Nos vero i lexico
nostro Hieronymũ: Remigiuz codicesq antiquos
sequimur: apud quos hmõi nola per i siue illa sit
vocalis siue cõsonãs scribuntur: cum tamen vt di-
ximus apud hebreos consonans sit.

Jesus grece dissyllabuz esse nõ põt.

Latini i pro latiõe troia maia aiax errant.

J in fine dictionuz aliqn 9sonãs.

De u consonante ⁊ liquida. Cap. xiij.

Quod de i lr̃a i capite supiori diximi⁹ eu
ulici apud latinos officio fungi voca-
lis: scilz ac cõsonantis. idem nunc de u
litera dicimus esse modo vocalẽ: mõ
cõsonãtẽ: est tñ adhuc illi⁹ tertia q̃dã
vis quotiens post q literam alia succedente vocali
ponitur: quem tamen sonum exhibeat magna in-
ter nationes questio est. Ego vero tantum ab hi-
spanis dissentio: q̃ literã hãc oĩno surdam esse pu-
tãt: quantũ ab Italis q̃ illã pferũt perinde ac si es-
set vocalis. Nã si nullã vi ac potestatẽ i platiõe
hz nec scribẽda q̃dẽ ẽ: aut si vocalis ẽ sonũ pfecto
plenũ exhibebit. Qd vtrũq falsum eẽ Quĩ. demõ-
strat: q̃ q adiuncta. vez u paululũ a nostris eliqua-
ri scribit. Nõ igitur cũ hispanis dicim⁹ aqua quã-
tum qm̃ u penitus expuncta neq cum italis aqua
quã'ũ qm̃ ita vt u quasi vocalis proferat̃ sed qd
oẽs grammatici scribunt aqua quantũ qm̃ u non
cassa neq vocali plena sed quodẽ medio sono eli-
quata. Idẽ quoq dicẽdũ cũ eliquat̃ post g et s: vt
lingua: exlinguo: suadeo: suauis. U vero cõsonans

Lr̃a u quãdo post q ponit̃ quaz vim habet.

U liter ous cõcauitatez profertur.

in eadem oris parte format̃ qua f litera eundemq
preponendũ sonũ habent. Nam cum vtraq dent-
bus superi⁹ inferiori labro impressis effingat̃ f quẽ
admodum Quintilianus ait inter discrimina den-
tium efflãda est: u vero cõsonans intra eos inani-
tatẽ sonat. Est itaq vtriusq litere similitudo tan-
ta: vt cũ greci eoles figura f pro digãma colloca-
tur hoc est p u cõsonante latini non dubitauerint
eandem sono illi suo pprio accõmodare. Sed qd
supra diximus u consonantem hebreorum tantuz
⁊ latinorum esse sentiunt: tamen greci vim illi⁹ cũ
a vel e precedẽtibus ypsilon in diphthõgon coit:
quem nos nisi grece proferre malumus in u conso
nantem vertimus. Itaq pro eo qd greci dicũt euã
gelium quasi per u cõsonantẽ: nos dicimus euan-
gelium per u vocalem. Eodẽ modo pro eo qd illi
penthêus: tideus: euros: dicunt: nos pentheus ti-
deus euros dicimus. Pro eo quoq qd hebrei dicũt
tau: esau: caslеu: per vau consonantem in fine: gre-
ci per ypsilon tau: esau: casleu: eodem sono quo he
brei proferunt nos tau: esau: casleu: per u. vocalez
precedenti a vel e agglutinatam enunciamus. Ex
duplici huius litere officio errandi occasio lectoꝝ
ignorantie data est cum stante eademq recta scri-
ptione vocalis pro cõsonante: ⁊ cõsonans p voca-
li accipitur: vt qd in libris regum ⁊ in paralipome
nis scribitur saruia pro matre Joab eademq soro
re dauid regis sepe: ⁊ quod in genesi auinel p filio
israel. Quodq iterum in secundo regum volumine
areuna iebuseus legitur: quibus in locis u nõ con
sonans est: sed vocalis: quemadmodum ab imperi-
tie huius rõnis pfert̃. Econtrario rursus quod
in libro hester ⁊ i daniele scribit̃ Assuerus: quodq
in genesi pro quodam filio assericsuab a quo in li-
bro numerorum est familia iesuitarum: ⁊ quod in
Esaia ⁊ in quarto regum volumine sepharuaim p
u. vocalem: nõ quemadmodum mendaciter legunt p-
ferenda sunt per consonantem: sed de nouem mu
tis ad tria lr̃aꝝ gña redactis: deq f lr̃a ⁊ i ⁊ u. con
sonãtib⁹ que ad mutas q̃q referri: pñt hactenus
dictũ sit: nũc ad semiuocaliũ disq̃sitionẽ accedam⁹.

Hebrei vbi ponũt vau cõsonantez greci i ypsilon vtunt̃.

De l litera. Cap. xiiij.

Semiuocales omniũ grãmaticorum con
sensu quinq sunt l m n r s. Nam Mar-
tianus qui f literam inter semiuocales
cõnumerat in hac parte non recipitur. x
vero ⁊ z. cum sint cõposite: altera ex cs
vel gs altera ex sd. partim mute: partim semiuoca
les erunt. Semiuocales autem dicte sunt non vt
quidam literatores dixerũt qd ab vocali inciperẽt
⁊ in seipsas desinerẽt cũ illd signũ poti⁹ sit quo ab
aliis lr̃is dignoscantur q̃ ratio cur ita sint appel-
late: sed qd i ea oris parte formẽtur: in qua possint
etiã sine vocaliũ adiuuiento aliquatenus pferri:
omnes enim lingua ad palatũ illisa formantur p-
ter m quã ipsam plinius et hac forsan rõne mutis
annũerauit. Mute nãq oẽs intercluso vocis mea
tu vel fauciũ vel labrorum: vel dẽtiumlinguęq cõ
pressione effingũtur. L igitur Plinio Martiano
Prisciano authoribus triplicẽ sonuz reddit exilem
cum geminatur vt ille Gallus. Metellus. plenum
quãdo finit nola vel syllabas: vel cũ lr̃a mutabili
pponit̃ vt sal: sol: sylua: clarus: flauus: glaber. me-
diũ ⁊ plenẽ cum vocales antecenit vt lapis malus.
Qd vero superius memorati authores de hac lite
ra scribũt facile dictu est: quid tamẽ velint signifi-
care non facile. Ego vero dicã qd sentio. habẽt he
brei vt supra diximus apices duos dages ⁊ raphe
vocãt: hoc ẽ compressionẽ ⁊ exilitatem: ⁊ p priorem
quem litere mediæ interserũt ostẽditur literam debe
re premi: hoc est exiliter ⁊ sine spiritu vel halitu p-
ferri. Per posteriorem quẽ linea transuersa litere
imponunt ostenditur literã debere laxari: hoc est
crassiori quodam spiritu efflari. Habent greci atq
agnoscũt has differẽtias: sz i nonẽ tñ illis mutis

Semiuocales q̃t sunt.

L triplicem sonum hz.

Dages et raphe puncta lr̃is adiuncta quid efficiant.

hes ad tria gña reduximus: easdē latini i dictionib° hebraicis grecis ⁊ pegrinis itelligūt: idq̃ p notas psilen ⁊ dasea hoc ē exilitatē ⁊ spissitudinē significant. In semiuocalib° vo hoc neutri sentiūt: vñ et supra diximus hāc rōnē grecis ⁊ latinis ignotam. Quare necesse est in hac pte ɔsonātes: tum exiles tū plenas pferunt illas p dages: has per raphe ⁊ q̄ quidē res nobis ignorata ē qualē sonū illū talē ⁊ nos huic litere atq̃ aliis eiusdē gñis adhibebimus. Atq̃ illud a nobis obseruatū quoties apud hebreos litera per dages in medio dictionis scribitur interpretes grecos et latinos vertisse illam in duplicem quasi geminatio illa posset prestare ex spissitudine exilitatē: vt ecce abbas qđ ex ligua arabica interpretatur pater apud illos hz dages quare a grecis pmū deinde a latinis p duplex b abbas scribit: profertur autē pssis labris ac si proxime ad p litere sonū accederet. Eodē modo in ellesbarim ellesemoth: i quib° lamed apđ hebreos hz dages i duplex significat debere literā premi: hoc est quad fieri pōt nudā aspirationem pferri. Sed hoc greci ⁊ latini nescio an satis cōmode p hanc literę geminationem exprimant in principio certe non pōt: propterea q̃ due consonātes eiusdem speciei non possunt frangere literam sequentem.

De m litera. Cap. xv.

M Litera quā diximus a Plinio inter mutas a reliqs oibus grāmaticis inter semiuocales numerari quēadmodū Pri. ait aperte in principio dictionū sonat vt magis obscurum in fine vt templum mediocre in mediis vt vmbra amor. Causa vero cur Plin. hanc literā iter mutas cōnumerauit nimirū est qđ in eadē oris pte effingit i qua b p ph q̄ sunt procul dubio mute: illa mō inter vtrasq̃ dicta esse videt q̄ p has spūs labus erūpit: siue ille sit exilis ⁊ pssior siue crassior. M vo q̄ cōpressis labus ⁊ interclusa voce formet: tñ p nares nescio qd ouiū balatui simile audit. vñ Qui. authore meli° pceperūt greci ouiū voces cū illas a sono mias q̄ latini qui illas a sono b dictās balātes iterptāt. Querebā ego aliqñ ab hebreo quodā illi° lingue peritissimo cur suū m duplicē hēet figurā adapertilē alteram qua vterent in principio: ⁊ in medio dictionum: alterā a q̄tuor laterib° clausam qua vtūtur in fine. Qui cū nihil certi mihi rñderet: hāc ego illi admiranti cāz subieci qđ i principio ⁊ in medio dictionū pfiti ltā ore apto plurimū sonat. In fine vo dictionum ppemodū nihil audit qđ ex labroꝝ cōpssiōe voce i terclusa spūs p nares potius q̄ sonus effla. Quo vt significaret lrē illi° inuētor q̄cūq̃ tandē is fuerit accomodā vtriq̃ vsui figuram excogitauit. Cur vero caph: nū: phe: zadik: in principio et in medio dictionū obliquarint: ⁊ in fine porrexerint nullam potuit rationem aliam inuenire q̄ supponēdi aptę ces commoditatem.

Greci meli° latinis voces pceperunt.

De n litera. Cap. xvi.

N Litera semiuocaliū tertia Pus. ⁊ capella authoribus in principio ⁊ in fine syllabaꝝ plenior appet vt nestor: tibicen: i medio exilior: vt omnis dānū: hec supe riorum dentium radici et primori pala ti appulsa tinnulum nescio quid ac suaue sonat. A. Alterat tñ ac ppemoneſ emoritur si g l'ra vel c exile: vel ch aspiratū sequat. Uerba sunt. A. Gellii in calce libri decimi denigesimi. P. Nigidius. in cōmētariis quos inscripsit grāmaticos cū de natura ordi neq̃ literarū dissereret iter literam n et g est inquit alia vis vt i noie āguis ⁊ āgaria ⁊ āchora ⁊ icrepare: ⁊ incurrit ⁊ ingenu°: in oib° eñi his. nō verum n sz adulterinū ponit. Nā n nō ee lingua indicio est. Nā si n litera eēt: lingua palatum tangeret. hec Nigidii vba q̄ tametsi pplexe satis tñ exēplis manifeste ostēdūt hunc litere sonū q̄dammodo extingui atq̃ inter nascendi auspicia emori g vel c ch literis sequentib°. Nunq̄ potui quēq̃ ex grecis reperire qui mihi afferret cām cur greci eisdē literis sequentibus p n scribāt g: sed illa nimirū cā fuit: qđ vez extincto ipsius n lrē sono magis auditur litera sequēs hoc ē g vel illi cōterminę ⁊ affines c ch. sed ne tanta esset in scribendo varietas placuit ex tribus illis mediā eligere. Nā quēadmodum superius dictū est inter c exile ⁊ g ch aspiratū g media interuenit. Eadē p̄terea rō fuit cur p̄pōnes corrūperētur atq̃ vltia illaꝝ lra in eiusdē speciei literā cū sequēti mutaret: nā q̄ alia rō esse potuit vt quoties hec p̄pō in venit i cōpositionē cū dictione incipienti a b vel m vel p: vt in his imbellis immunis implumis n corrūperetur in m nisi inter primorem partem celi ⁊ superiorē dētiū radices n sonat b vo m ⁊ p labus precisis formāt. Que loca cū plurimū inter se distent: nō facile erat altero in alterū transire. Itaq̃ n in sequētē m literā q̄ ex rōne loci in quo effingit b p ⁊ ph affinis est: placuit ɔmutari: ⁊ cum presertim eisdem literis sequentib° nō tam n q̄ m audiat: magna mihi nūc ex eo qđ sū dicturus exoritur contentio non cū holbus indoctis et imperita multitudine sed cū doctissimis italoꝝ. cū graiis q̄bus igeniū: vt ait Ho. musa dedit ore rotundo posse loq. Res quidē dura tot tātorūq̃ viroꝝ authoritati repugnare. Sz multo difficilius que nosipsi tā asseuerate quondā defendimus: quodq̃ per oēs hispa. disseminauimus: ⁊ p qđ q̄ſi quoddā symbolū a nobis traditū discipuli nostri ab aliis dignoscentur nunc magna cū nrā incōstātia ne dicā turpitudine refellere. Nam q̄ ego piaculo pric pietati lese satisfaciā cū i repetitiōe illa mea dixi. Nēo scit hodie quēadmodū veteres illi nō mō gn: sed alias q̄z lrās pferebāt: ē tñ longe credibili° veros literarū sonos in grecia et italia resedisse: q̄ in hispania q̄ totiēs barbaroꝝ dñationi man° ceruicēq̃ p̄buit: quare vel magno cū pudore meo libet palinodiā recātare atq̃ audacter nros siue in hoc rei militaris victoriarūq̃ splēdore: siue in oi gñe doctrine oib° reliquaꝝ nationū hoīb° anteponere: aut certe exequare. Si eñi te ad dñandi fastigiū cōuertas: plures impatores dedim° q̄ accepim°. At q̄lea p deū immortalē impatores? An non italicēsem Traianum oñi v̄tutis gñe nō solū p̄uatē: sz ēt impatorię tredecī illius superiorib° p̄ferās? Non eiusdem munus apii cnē atq̃ illius ex sorore nepotem Hadrianū Cesarē in vtriusq̃ lingue eruditiōe? Preterea Antoniorū modestiā: quē mihi ex oib° qui postea secuti sunt preponēs Theodosio atq̃ illius proli germine Archadio ⁊ Honorio in iis q̄ ad xp̄ianā religionē ptinēt? lōgū eēt enūerare quot viros lraꝝ sacris initiatos hispania vtilitati publice genuerit sz de hoc alis pluribꝰ. Nam vt ille ait nescio qd p̄stat nō laudare q̄ frigide laudare. Nunc ad rem. Dico atq̃ eadē cōstantia qua pri° ɔtrariū asserebā affirmo i planōe harū lrarū gn hispanos meos veras retinere voces: grecos vo ⁊ italos atq̃ illoꝝ imitatores aberrare. Nā si verū ē qđ de sono haꝝ lraꝝ g ⁊ n disputauim°: si verū qđ oēs greci atq̃ latiorū doctissimi de vi ⁊ ptāte illaꝝ fatent: si denique ita pronūciādū est vt scribim° q̄a est adeo sui oblitus ⁊ immemor q̄ dicat illos cū sonū reddere quē ātea q̄ iūgerent nō habebāt? Aut q̄ vox pōt ab harum lrarū sono longius abesse q̄ḡq̄ ab istis accōmodat. G. nāq̃ litera vt supra ostendimus cōpressis faucibus ennunciat. N. vero tota lingua depressa primori tñ parte erepta ⁊ ad mediā regionē palati superiorūq̃ dētiū appulsa. At in voce quā isti pferunt neq̃ fauces cōprimūtur: neq̃ cuspis erigitur: quin potius ecōtrario prior lingue pars deprimitur: tota reliqua latitudo palato admouet. Qđ vox illa ex gn cōponeretur: quēadmodū x ex cs aut z ex sd nesse erat vt cōpositū retineret naturā partium ex quibus componebat. Sonus p̄terea quē isti gn literis attribuūt simplex est; neq̃ in partes diuers

Greci q̄re loco n alia sequēte ponant g.

Greci optimi sunt ingeniȝ ⁊ literature eminentissimi.

Hispani in planōe lrarum gn veras retinēt voces quas itali ⁊ greci perperā pferunt.

sorum generuȝ pōt diuidi: quare vna litere figura signandus: siquidē vt grāmatici dicunt: litera est minima pars vocis que scribi pōt indiuidua. Sed hic nō significat per g nō per n: igit per quandam aliā literā signandus. Que aūt illa sit: nemo vnꝙ̄ grecorum: sed neꝙ̄ latinoꝝ dixit: ex quo fit vt neꝙ̄ talis vox apud illos fuerit: aut si fuit nō p g aut p n: aut p vtrāꝙ̄ potuit designari. Iā vero si hoc ita eēt: q̄ de cognatione inter se literarū scripsere nūꝙ̄ hac de re tā noua tanꝙ̄ inusitata siluissent. Facessat itaꝙ̄ vox ista nō mō grecis ⁊ latinis priscis: verum etiā hebreis arameis egyptijs reliquisꝙ̄ barbaris nationibus inaudita: ⁊ quem sonum queꝙ̄ harum literarum seorsum per se exhibet: eundem coniuncte nobis reddant: hoc est quēadmodum ab hispanis hodie proferuntur.

Lr̃a s semi uocalium ultima.

¶ De s litera. Cap. xvij.

S Litera ex semiuocalibus vltima teste Martiano a quibusdaȝ autoribꝰ inter literas nō est cōnumerata. Et profecto M. Messala qui propriū volumen huic litere dedicauit sibilum quendam potius ꝙ̄ voceȝ humanam reddere illam scripsit. Sed cum apud latinos hec litera sigma greco respōdeat in eādē vnam tres hebraice Samach zadik ⁊ zain cōfunduntur. Quē vero sonū apud grecos ⁊ latinos habeat nō est est dictu facile: ego certe quātū assequi possum cōiectura in illius ꝓlatione vtrosꝙ̄ aberrare puto grecos dico ⁊ latinos seculi nostri: nā cū his mihi tantum cōcertatio est. Etenim q̄s audeat priscos illos dicere vel in minimus fuisse lapsos: quos penes arbitriū ius est ⁊ norma loquēdi? Sȝ cū hoc negociū voce cōstet. ex negligētia vel ignoratione potiꝰ iuniorū nō semꝑ suis literis reddit: afferā rōnes q̄ me I eā opinionē adduxerūt: vt id existimarē. Diuus hiero. quo autore in his que ad rē literariā attinet: nullus est grauior sed neꝙ̄ certior in opusculo I quo dictiōes hebraicas ex et, mologia latine interpretatꝰ est cū de dictionibꝰ ab s lr̃a incipientibꝰ ageret: in calce his verbis scribit: apud hebreos tres sūt lr̃e: vna q̄ dr̃ samach ⁊ simpliciter legit q̄si p s nr̃aȝ scribat lr̃aȝ. Altera zain I qua stridor q̄dā nō nr̄i sermonis istrepit. Tertia zadik quā nr̄e aures penitꝰ reformidant: cū itaꝙ̄ tres iste lr̃e ab īterpretibꝰ primū grecis in sigma: deinde a latinis in s nr̄m confusim verse sint: cūꝙ̄ zadik ⁊ zain lr̃arū sonꝰ vt hier. tradidit: vtriꝙ̄ sermoni hoc est greco et latino sit incognitus: efficit vt sigma grecū ⁊ s nr̄m samach hebraico r̄ndeat: illiusꝙ̄ apū grecos ⁊ latinos sonū reddat q̄ nō est absimilis eiquē nr̄i ignis lsctia dat c lr̄e e vel i sequētibꝰ: quēadmodū cū dec lr̃a agebat diximꝰ. idē autor preterea in libris hebraicarū q̄stionū expōnēs illud ex Genesi: vocata est ciuitas bersabee hoc est puteꝰ saturitatis: lȝ indē supra ex v̄bo incremēti: siue ex septenario nūero q̄ sabe dr̃ asseueremus bersabee appellatā: tn̄ nūc ex eo q̄ aq̄ est inuēta est nomē ciuitatis q̄ ita vocabat alludēs declinauit paululū lr̃aȝ ⁊ p stridulo hebreoꝝ zain: a q̄ sabe incipit grecū sigma. i. hebraicū samach posuit. Ex qbꝰ hieroū. v̄bis vtrobiꝙ̄ satis constat sigma grecū ⁊ s latinū talē sonū exhibere qualē samach habraicū apud illos reddit: nō eū quē tēpestatis nr̄e hoīes greci ⁊ latini hoc ē zain hebraici ꝓferūt. Q̄d si ad hec hiero. v̄ba dixerit q̄spiā latinos recte suū s ⁊ grece suū sigma hebreos ꝓperā suum samach ꝓferre: possē ego r̄ndere hāc litē iā si eē meā sȝ inter grecos ⁊ latinos ex altera pte ⁊ hebreos ex altera debere ꝯ̄sari: nec minoris eē glie alterutros erroris cōuincere. Sȝ haberēt hebrei rōnes alias cōplures: qbꝰ cām suā facerēt ꝓbabilioreȝ. Atꝙ̄ illā I primis q̄ samach ad supnorū dētiū radices lingua appulsa sonū reddit: zain v̄o ad mediū ceu palatū illisa format. Ad quē martianꝰ capella vbi si philosogie nuptijs īducit grāmaticē I q̄ oris parte lr̃e formentur graphice describentē s inq̄t litera sibilū facit dētibꝰ v̄berata. Ex q̄ fit sigma grecū ⁊ s latinū eo modo ꝓferri debeat: quo samach hebraicū hoc est lingua ad supnos dētes appulsa: vt vult Martianus nō eo mō quo zain hebraicū: hoc est lingua ad mediū celū illisa: q̄ huiꝰ rōnis ignari ꝓferūt. Illō pterea q̄ oēs fere q̄ de orthographia grece ⁊ latine vnꝙ̄ scripsere literā duplicem ꝫ tradut atꝙ̄ ex sd literis ꝯstare. Nūc vero ex sono q̄ ȝ litera reddit apud hebreos grecos penos atꝙ̄ in dictiōib: q̄ȝ pegrinis apud latinos: nemo est q̄ nō intelligat quē sonū debeat sigma greco ⁊ latino accōmodare: q̄ppe q̄ nō alia re differat a ȝ lr̃a nisi q̄ s simplex est ȝ ex s in d labat: sequit cōpositū in ea resolui debere ex quibꝰ ꝯponit. Est ⁊ illa ratio quāꝙ̄ a librariorū errore ꝓfecta s literā ex parte sonū habere: q̄ cū apū hebreos scriba legis ille nominatissimus. Ezras per zain scribat ipsius sȝ loco sd substituerūt: scribētes esdras perinde ac si sd ⁊ ȝ tātūdem polleant. Quod si ezras per ȝ hesdras per sd eādē vocē reddūt: manifestū est si alterā partē cōpositiōis: hoc est d exclusseris quem sonū s litera exhibeat. Sȝ an licuerit librarijs id facere paulo pꝰ cū de x litera disputabit ostendemus: illud quoꝙ̄ non mediocrem ex forte veritati ꝯiecturā facit: q̄ omnes grāmatici fatent literectione si: aut queadmodū apud Plautū legit si q̄ silētiū imperat a sono vocis fictā esse. Sextus q̄ꝙ̄ festus Pōpeius sileo inquit tacere significat: ficto verbo ab s litera q̄ nota silentij est. Cumꝙ̄ interiectionū voces naturales prope sint: quippe q̄ neꝙ̄ locorum distantia neꝙ̄ temporis diuturnitate mutent: consequens est: vt eo modo interiectio si: ⁊ verbum sileo tūc proferetur: hoc est quasi silentiū imperamus hispane profertur: hoc est quasi p c, litteras: sed male scriberet. Nam quas in huius litere ꝓlatione fieri delitias ꝓhibet Quintilianus: ego no intelligo. Ex omnibꝰ igitur his rationibus latis constat s literam: quem sonuȝ reddere debeat hoc est non cum quē Galli c e vel i sequentibus attribuunt cū a litera confundentes: sed cum potiꝰ quem genus quoddam hominum seceolos hispani vocant non sine quadam offensionis leuissime venustate. Quanꝙ̄ occupantibus galaaditis vada iordanis: vt in libro iudicū scribit illi qui erāt ex tribu effraim in verbo sibolech interrogati reddebant: hoc est per zama nō valētes etiam p sicut las ⁊ tormeta zaim hebraici vocē exprimere. Dic sibolech inquit scriptura q̄ interꝓtat spica: et respōdebat sibolech: sȝ illud prius per sim: hoc posterius per sama: quam differentiam greci ⁊ latini neꝙ̄ literis neꝙ̄ voce possunt distinguere.

Diui hiero. laus in interpretatione hebraice lingue.

Sigma grecū ⁊ s latinum et samach hebraicū sunt unius soni.

Lr̃e in quas oris pte formentur.

S est nota silentij.

S lr̃a quem sonū reddere debeat.

¶ De x litera. Cap. xviij.

X Quemadmodum Martianus tradit nemo literā putat: quia duplex est: cōstat eniȝ ex cs vel gs: vt vox vocis: lex legis. Nam si quod grammatici ꝓfitentur litera est minima pars vocis q̄ scribi pot indiuidua x non litera sed duarum potius literarum cōpēdiū est: ⁊ q̄ vt Quin. ait carere potuissemus si nō fuisset inuēta: quē vero sonū illi debeamꝰ accōmodare ꝑspicuū est ex his que de sono lr̃arū ex qbꝰ cōponit suis I locis disputabimꝰ. Nā q̄ voce hāc literā hispani ꝓferūt nō grece: nō latine: nō habraice: nec syrice: sȝ punice lingue propria est. vnde quantum ego existimo ad hispanos q̄si ex colluuione quadā puenit: hac lr̃a soli greci vtunt in principio dictionū atꝙ̄ pinde I medio ⁊ I fine: vt xātus lexis hierax: latini in medio ⁊ in fine vt lex dixi. Sed in vtraꝙ̄ lingua quoties media ē: ꝓterꝙ̄ I dictionibꝰ cōpositis semp vocalē insequētē ferit. Nā si dictio cōposita est: tūc illi particule est adiungēda: cuiꝰ fuerat añ cōpositionē: vt exhodꝰ q̄ ex prepositione greca ex ⁊ hodos via cōponit: et exhibeo quod ex eadem prepositione latina et

X in dictionibus cōpositis cui uocali hereat.

habeo. Qḋ si in cõpositiõe ad pertineat ad ꝑticulã precedentem: s vero ad sequentẽ nulla ratiõe possit (& si tantũdez polleat) hac litera vti: id qḋ librarij quidã huiꝰ rõnis ignari fecerũt scribẽtes extasis perinde ac si dictio eẽt ꝯposita ab ex & tasis: cũ ab hac ꝑpositione greca ex & stasis cõponat̃. Iã vero in dictionibꝰ hebraicis huiꝰ lr̃e nullꝰ est vsus. Nõ quidẽ in principio: cũ illud quẽadmodũ supra diximusꝰ ꝓprium sit grecoꝝ: nõ in fine cũ nulla dictio hebraica i eo: sꝫ neqꝫ in duas quaslibet cõsonãtes desinat: nõ in medio qḋ quoties duas consonãtes apud illos medie sunt: prior ad ꝑcedẽtẽ: posterior ad sequentem pertinet. Ex quo manifestũ est illos qꝫ aberrare q̃ pro arphachsad filio sem filij Noe scribũt arphazad & ꝓ acsa filia caleb scribũt axa vtrobiqꝫ ꝑ x cũ illud scribat̃ apḋ hebreos ꝑ caph cũ raphe hoc per caph extie: qḋ vtrũqꝫ ex ratione hebraice literature pertinet ad syllabã precedentẽ. s vero ad sequentẽ quẽadmodum diximus.

Litera z ꝓpter extranearum dictionũ scripturã a latinis est recepta.

De z litera. Cap.xix.

Z Literã que peregrinarũ dictionũ cã in sermonẽ latinũ ascita est oẽs grãmatici fatent̃ duplicẽ atqꝫ ex s & d literis compositã vel ex st quẽadmodum Martianus tradit si mõ codex antiquã veritatẽ retinet. Fuit tñ tp̃s q̃ ꝓ alterutra poneret̃: vt qḋ antiq̃ dicebãt sethꝰ ꝓ zethus & medẽtius ꝓ mezẽtiꝰ. Quãqꝫ tñ a latinis i duplex ss vertit̃: atqꝫ ꝓ eo qḋ dr̃ mazã: latini massam interpretati sunt: qḋ si cõposita iam non est litera: qñquidẽ litere diffinitio illi nõ cõuenit quẽadmodũ paulo superius de x litera decebamꝰ. Quẽ ṽo sonũ s litera exhibeat suo loco disputauimꝰ. Qḋ si d literam illi adiunxerunt: aut t veluti Martiano placet st aut ex s in de vel t fiat q̃dẽ iapsus reddet sonꝰ ille ex vtraqꝫ lr̃a cõpositus quẽ z ip̃m designat iocũdus ille quidẽ & suauis atqꝫ vt de ypsilo Quint. autore dicebamꝰ: qua ex cõsonantium numero nulla dulcior spirat. Nã qḋ referẽte Capella idcirco Appiꝰ Claudiꝰ hãc lr̃am reformidabat qḋ dũ exprimitur mortui dentes imitatur: ego nõ intelligo quã dentiũ deformitatem mouentes pre se ferãt: iaꝫ vero si deformitas vila ẽ dictis labris primoribꝰqꝫ lingua dentibꝰ pressa vocẽ emittere nulla est lr̃a q̃ nõ cũ aliqua oris distortiõe ꝓferat̃. Qḋ si quẽadmodũ est in fabulis mineruaꝫ ꝓpter oris deformitatẽ tibias abiecisse: nobis quoqꝫ vetustatis rõ habẽda est: valeat potiꝰ lingue volubilitas: qꝫ vt aliq̃d turpitudinis admittamꝰ. At si ediuerso post mẽtis agitationẽ nihil antiquiꝰ nihil priꝰ ab imortali deo cõcessum homini est: q̃s fuerit taꝫ demẽs tãqꝫ a cõi sensu alienus: q̃ nõ preferat rem pulcherrimã leui vultꝰ offensioni? Sꝫ redeamus ad rẽ: i enũciãda hac lr̃a nõ simplr̃ vulgꝰ incertuꝫ sequi debemꝰ. sꝫ antiquoꝝ potiꝰ autoritate ducti cũ talẽ sonũ illi ceperimus dare qualẽ diximus s literã reddere adiungemus illi d litere sonũ siquidem ex vtraqꝫ compositam esse monstrauimus.

Martianus capella.

Appij claudij de z litera sentẽtia.

Litera non apḋ latinos h: sed aspirationis nota.

De aspiratione. Cap.xx.

E St apḋ latinos h nõ q̃dẽ lr̃a: sꝫ aspirationis nota: quã tñ perinde ac si lr̃a eẽt: id qḋ antiquiores grecoꝝ facere in aliaꝝ serie disposuerunt: postea vero diuiserũt: & dexterã eius partẽ supra literã ponentẽ psilẽ notã habebant: hanc palemon Vicentinus exilem: Gellius vero leuem nominauit. Idem & quia aspirationis nota erat flatilẽ dixit. Hebrei autẽ inter literas numerant he et heth quarũ priorem Hierony. simpliceꝫ posteriorem duplicem aspirationeꝫ appellat. Possunt vocales omnes quidem aspirari: sed ex consonantibus greci quatuor tantum aspirant ch ph th rh. et latini easdẽ in dictionibus tñ peregrinis: hebrei non modo quatuor illas: sed reliquas fere omnes quandoqꝫ premunt: quãqꝫ laxant: qḋ ipsum apud illos per dages & raphe significatur: hoc est per exilitatẽ & aspirationẽ que spissitatẽ. Quẽ ṽo sonũ aspirate consonãtes exhibeant non est difficile cognitu ex superius memoratis cum de l litera disputauimus. Circa vocales tñ aspiratas multo difficilior ratio est: quo factũ est in illis enunciandis nonnihil a nostris peccetur: cũ eo modo exiles quo aspiratas proferũt: neqꝫ enim quod ad prolationẽ attinet quicq̃ differt apud illos iter hois q̃ est genitiuꝰ ab eo qḋ est homo qḋ per aspirationeꝫ in principio scribitur: et ominis ab eo qḋ est omen cuius prima exilis est: & inter habeo qḋ est teneo & abeo qḋ est recedo. Sed illi adhuc rancidiores q̃ aspirationẽ quasi hebraicũ he proferunt: cũ apud hebreos vt diximus he litera sit cõsonãs: cuiꝰ prapriũ est vt sequentẽ vocalem frãgens vocẽ potius q̃ spiritum reddat. Eaqꝫ mihi videtur fuisse causa cur greci desierint ponere illam in ordine aliaruꝫ literarum & vocalibus per apicem impẽdere fecerunt: ne cetra illa sonum aliquem habere videret̃. Quis igitur (dicet aliquis) erit sonus vocalis aspirate qñ neqꝫ vt ab hebreis quasi litera ꝓferẽda ẽ aspiratio: neqꝫ rursus vt a nostris nunc male profertur quasi aspiratio nulla sit. Ego vt tibi o lector ingenue verũqꝫ fatear: nequeo mõstrare at sentio tñ cuiusmodi sit illa vox quam debeat vocali aspirate accommodare: magisqꝫ possum quid nõ sit q̃ quid sit ostendere. Si tamen verum est quod ait Mart. aspirationis contractis paulum faucibus ventum exhalare. fugies opinor hebraicã illã aspirationem cum sit vox que audiatur. Nec minꝰ cassas aspiratione vocales cum aspirari debeãt: & in illis enunciandis flatum: siue spiritum: siue halitũ quẽdam adhibebis.

Consonantes aspirate quẽ sonũ reddãt non est noscere leue.

Mar.

Finis.

Aelij Antonij Nebrissensis secunda repetitio.

M. Fabij Quintiliani oratoriarum institutionũ Liber primus.

An cuiusqꝫ auris est exigere literarum sonos? non hercle magis q̃ neruorum.

Conclusio prima.

Octo esse vocales apud latinos: & si pleriqꝫ oẽs grammatici dicant esse tantum sex.

Conclusio secunda.

Ch. ph. th. gn. x. i. cõsonãtẽ u liquidam & vocales aspiratas perperam a nostris pronuntiari.

Ad splendidissimũ Cistercienses militie ꝑfectum atqꝫ equestris ordinis magistrum Dalcãtara do. Io. de Stuniga: necnon ad Salmaticensis academie. P. C. & scholasticã iuuentutem Aelij Antonij Nebrissensis grammatici repetitio scd̃a quaꝫ fecit anno xp̃iane salutis. M.cccc.xcvj. de corruptis Hispanorũ ignorãtia quarundã literarum vocibus.

N On desunt illustrissime domine: patres obseruandi: atqꝫ spectatissima iuuentꝰ: q̃ me pusilli animi vel ignauie potius accusent: qḋ cũ superesset mihi adhuc etas qua possem ingenij mei vires in his artibus exercere: q̃ imperite multitudinis arbitrio eminentissimũ gradũ inter ceteras obtinere videt̃: malui nõ solũ demittere me ad artes infimas & pueriles disciplinas: verũetiã itra sola grãmatices & poetrie studia consistere. Quod si hec ab illis parua esse putant̃: quid nunc dicturi sunt cum audierint modo non me ṽs de rebus q̃ sunt illoꝝ iudicio infime: sꝫ etiã

Literati q̃ sunt censendi.

de primis lrarũ elemẽtis eo tpe atq loco disputasse quo pclarũ aliqd a me expectabat. Quos poteram ego facile placatos dimittere: si dicerẽ hãc esse pfessiõis mee subiectã materiã: vñ oẽs vite mee rõnes fruct⁹ honoresq pueniũt: malo tñ oẽm illorum ipetũ τ rabiẽ i me ɔcitare. An ego istos lratos appellẽ q vix itelligũt qd a ɔsonãtib⁹ vocales distet; q penit⁹ ignorãt lrarũ voces: q trib⁹ lineis scribẽdis i orthographia ãnqgies peccãt: q cũ latia legũt hispane pnũciãt. Ego illos nõ lratos: nõ grammaticos: sz pseudographos: nõ latios sz latini sermonis euersores τ qdẽ iustissime appellauerim. Sz aliud tpis erit magis opportunũ q illorum ineptias τ deliramẽta magis pferam⁹ i lucẽ: nũc ad alia veniam⁹ q academie nrẽ istituto veteri atq antiq lege hodierno die coact⁹ sum i lucẽ afferre. Loc⁹ igitur quẽ repetere institui hoc anno q est magistrũ mei scẽs: a salute xpo xpiana millesimus qdringẽtesim⁹ octogesim⁹ sext⁹ scribit a M. fabio Quin. oratoriarum instõnũ lib. j. i hec vba. An cuiusq auris est exigere lrarũ sonos? nõ hercle magis q neruorum. Cũ em cepisset autor admonere pceptores artis grãmatice quo pacto pueros literarum rudes in pmis doctrine incunabulis istituere deberẽt: dixissetq non satis esse cõsonãtes a vocalib⁹ distinguere: ipasq eas i semiuocaliũ nũerũ mutarũq ptiri: τ q interiora hui⁹ sacri adeũtib⁹ appereret ea rerum subtilitas q nõ modo acuere ingenia puerilia: sz etiã exercere vtilissimã qz eruditionẽ ac scientiã posset: subiũxit pauca illa vba q hodie interpretanda suscepimus. An cuiusq auris est exigere literarũ sonos? nõ hercle magis q neruorũ. Ac si apertius dicat quẽadmodũ quisq non põt sensu dyiudicare neruorũ subtilẽ harmoniã: neq ratione perpẽdere illa septẽ discrimina vocũ nisi qui sit in arte musica eruditissimus: ita nõ quicũq sed is tm qui rõnem literarũ callet: poterit exacte literarũ sonos pferre: platosq percipere. Atq omissa certarũ linguarũ disquisitione: inuestigandũ primo nobis est desint ne sermoni latino alique figure literarum pter duas τ viginti illas q sunt i vsu apud latinos τ an rursus alique ex illo numero redundẽt: an pterea literarum sit ille sonus qui ab hispanie nostre hoībus pferri cõsueuit. Principio desunt sermoni latino vocales due altera q inter e τ i altera que inter i τ u auditur: idq probari potest cũ aliorum testimonio: tũ maxime Quintiliani harũ rerũ authoris grauissimi ac perinde acerrimi. Is em paulo post illa verba q explicãda suscepim⁹ ait. Medius est qdã i τ u lre son⁹: neq em sic optimũ dicim⁹ vt optimum. τ here neqz e plane neq i auditur. Vult Quin. q in hac particula optum⁹ neq sonat i neq u: sed quedã inter has lras vocalis media: q cum nõ haberet nomẽ neq figurã: aliq ex authoribus clarissimus optim⁹ τ maxim⁹ p i. alij optum⁹ τ maximus: p u scripserũt. Cesar em primus omniũ dicit optim⁹ τ maxim⁹ scripsisse: cũ superiores optumus τ maxumus scriptitarint. Idq ex eo accidit q nõ erat in vsu lre figura qua media vox illa scriberetur. Nã quẽadmodũ Aristoteles ait. Quando medium innoiatũ est certãt extrema de media regione. ¶ In hoc preterea temporis aduerbio heri neq e neq i sentit in fine. Ex quo effectũ est vt hãc particulã vsq ad Augusti Cesaris tẽpora p i scripserit vt Terẽ. in andria. Heri aliquot adulescẽtuli i pyreo coiuimus: vt de symbolis essemus. Et Cice. in episto. Heri vesperi apud me hyrcius fuit: qua mẽte esset Anto. demonstrauit. Deinceps p e: vt Hora. in secundo li. sermo. Conuiua dict⁹ here illic de medio potare die: et Iuuena. in. iij. sat. Res hodie minor est here quã fuit atq eadẽ cras deteret exiguus aliqd. Martia. quoq epigrãmaton libro primo. Bis tibi triceni fuimus Mãcine vocati. Et positum est nobis nil here preter aprũ τ. libro quarto. Cur here qd dederas hodie puer hyle negasti.

Duarũ vocaliũ figure latinis desunt.

Optum⁹ et maxum⁹ p u in scda et here p e qdam: nunc optim⁹ maximus p i τ heri p i scribimus.

Atqz soloescimus bisseptẽm quippe modis fit:
Mutando genus: aut casum vel significata
Verborum: mutãdo simul numerum quoqz tẽpus.
Personam ve: modos: aduerbia: prepositiuas.
Vertitur accentus: coniunctio: vel gradus: ordo:
Dumqz negas geminando nihil nunq̃ simulaui:

Antonius Nebrissensis.

vor ũ: personarũ: tẽporũ: p qualitates vel significationes verboꝝ: per modos: p aduerbia: p ꝑpositiones: p grad⁹: p cõiunctiones: per geminationẽ abnuẽdi: p accẽtus: p ordinis immutationẽ. Immutatione gñe nõis fit solecismus dicẽdo purpurea narcissus: agra silex. p purpure⁹ narcissus: ⁊ ater silex: ⁊ hõ mulier p hec mulier. Immutatiõe casuũ dicẽdo. Urbẽ quã statuo vestra est. p vrbs. Immutatiõe numeroꝝ: vt pars in frusta secãt p secat. Immutatione ꝑsonarũ: vt danai q̃ parẽt atridis q̃ primũ arma sumite pro q̃ paretis. Immutatione tẽporũ: vt fumat neptunia troia: p fumauit. nec veni nisi fata locũ sedẽq; dedissent p nec venissem. Per qualitates vel significatiões verboꝝ: vt expoliant eqs ⁊ corpora nuda relinquũt: ⁊ placidã paci nutritor oliuã: fecit enim cõmune verbũ nutritor ab eo q̃d erat actiuũ nutrio. Per modos verboꝝ. At rutilo regi ducibusq; ea mira videri Ausoni⁹ p videbant. Per aduerbia localia: vt intus eo: intro sum: p intus sum: eo intro. Per prepõnes: vt rapuitq; in fomite flãmã. p ad fomitem: ⁊ sub lucẽ ibit pro ante lucẽ. ⁊ gradus: vt bon⁹ aut melior olim p optimus: vel ecõuerso p coniunctiões: vt subiectisq; vrere flãmis pro vre. Per geminationẽ abnuẽdi: vt nihil nunq̃ peccaui: cum debeat dici nunq̃ vel nihil vnq̃ peccaui: per accẽtus: vt quis pronũciat ⁊ sine accẽtu in fine pone vna falloq; que quidẽ differentie causa in vltimo accentũ habẽt: vt Priscia. admonuit. per ordinis immutationẽ: vt asit fieri nõ debet: p fieri autem nõ debet. Sunt qui putãt ait Diome. solecismũ esse si demõstrãtes virũ hanc dicam⁹: aut feminã hũc: aut interrogãnti quo pergimus respõdeatur Rome: aut vnũ salutantes saluete dicamus. Cũ vtiq; precedẽs demonstratio: interrogatio: vel salutatio vim concepte orationis cõtineat. Multi etiam dubitauerunt quadriga scola scopa: solecismus an barbarismus esset dum scilicet idẽ genus orationis barbarismũ esse ipsius vitij diffinitione possit agnosci. ¶ Uitia orationis generalia sunt tria: vt Diomedes scribit. Obscurũ: inordinatum: ⁊ barbarum. Obscuritatis species sunt octo. Acyrologia: pleonasmos: perissologia: amphibologia: tãtologia: eclypsis: enigma: macrologia. Inordinate orationis species: sunt hyperbaton: cacephatõ: cacosyntheton: barbare orationis partes sunt due: solecism⁹. et barbarismus quorum species sunt plurime.

Uitia gñalia in oratione quot sunt.

Acyrologia. ¶ Acyrologia dicitur impropria locutio: ex acyros quod est impropria: ⁊ logia locutio: vt requiem timeo pro spero: spero laborem pro timeo. Nam speramus bona: timemus aduersa. Acyrologia est dictio minus cõueniẽter clara: vel nõ proprijs dictionibus obscurata sentẽtia vt accede ad ignem hunc iam calesces, plus satis: ibi enim nullius significat ignis: sed meretrix.

Pleonasmos abundans supra necessitatẽ. ¶ Pleonasmos dici põt a nostris superabundãtia pleonaso autem plusq̃ oportet facio: vel dico superabundo: pleonasmus (vt no. Fab. edocet) est abundans supra necessitatẽ oratio: sicut vidi oculis ante ipse meis: in illo enim vidi: inest ipse: dicit etiã q̃d ⁊ geminatio ⁊ repetitio ⁊ qualiscũq; adiectio pleonasmos videri põt.

Perissologia. ¶ Perissologia dici põt superflua locutio: nam perissos est supflua ⁊ logia locutio: vt viuat Angustus ⁊ nõ moriatur: dummodo nõ sit aliud viuere q̃ nõ mori. Et tibi. ibãt qua poterãt: sz nõ qua nõ potuerũt: hic enim excepto ibant oia supernacua sunt perissecumatos autem abundantia vi a perisseuo abundo supero.

Macrologia. ¶ Macrologia ex macros q̃d est lõgus ⁊ logia sermo quasi lõg⁹ sermo: qui sepe res nõ necessarias comprehendit. vt apud Liuiũ teste Fab. iii. viij. legati non impetrata pace retro domũ vnde venerant abierũt: apud poetam. Postera lux summo spargebat lumine terras Orta dies: quum primũ alto se gurgite tollunt Solis equi: lucẽq; elatis naribus efflant. Cum sit satis dixisse orto sole.

Amphibologia. ¶ Amphibologia cõponit ex amphi q̃d est vndiq; ⁊ logia q̃d est sermocinatio: amphibologia vero dicitur ambiguitas: amphibolos ambiguus. Amphibologia est vitium cõpositionis in ambiguo posita sententia que fit p accusatiuũ: vt ibi. Aio te eacida romanos vincere posse. Item certum est enim Antonium precedere eloquentia crassum: duo enim sensus vitio ambiguitatis carent proprietate: cũ sit incertum ab eacide Romanos vinci posse: an a romanis eacida. Similiter ab antonio vinci Crassum eloquẽtia: an a Crasso Antoniũ. Fit p verbũ: vt Cato criminat [illegible] ũ est an ipse aliũ criminet: an ipse ab alio. Fit ⁊ p participiũ: vt vidi statuã aureã hastã tenẽtẽ. Fit etiã p omonyma: vt si q̃s dicat aciẽ: nec addat oculorũ: aut exercit⁹: aut ferri. Fit preterea modis plurib⁹: vt inter legẽdũ occurret.

Tãtologia. ¶ Tãtologia est eiusdẽ verbi: aut sermonis iteratio: vt Fabi⁹ inquit. viij. grece enim tautotes latine idẽtitas. Uerg. i. eneid. Quẽ si fata virũ seruãt: si vescit aura Etherea: neq; adhuc crudelibus occubat vmbris. nã totũ q̃d repetit vnũ est.

Eclypsis. ¶ Eclypsis est defect⁹ quidã necessarie dictionis quã desiderat precisa sentẽtia: vt terris iactat⁹ ⁊ alto: cũ desit prepositio in. Italiã fato profugus. i. ad italiã. Eclipticos autẽ dicitur defectiuus. Eclipsis defectio. eclipo deficio.

Aposiopisis. ¶ Aposiopisis. Cicero reticentiã: celsus obticentiã: nõnulli interruptionẽ appellãt: vt Fab. ix. scribit. Cõponitur aũt ex apo ꝑpositione ⁊ siopo q̃d est sileo vel taceo. Nã est quasi intercẽptũ silentiũ: vt Teren. Si sensero. ⁊ poeta. Quos ego: deest enim puniã: vel quid simile. Id aũt fit cũ quis irascitur: aut perturbatur: vt me me adsum qui feci: in me conuertite ferrum. Item. incipit effari mediaq; in voce resistit. His enim affectibus tantũ sermonis defectio cõgruit: vt Seruius. i. eneid. inquit. De eadẽ vero in figura Synecdoche etiã legito. Siopẽ aũt silentiũ dicitur. Siopelos taciturnus.

Aenigma. ¶ Aenigma dicit ab aliquib⁹ velata questio: vt mater me genuit: eadẽ mox gignit ex me. significat enim ex aqua glaciẽ cõcrescere: ⁊ rursus in aquã resolui. Itẽ mare cõrcicis in creta ligneo in cãto vt in caro humana ossibus inclebat: cũ significare velit saletem in salino fictilẽ quã saper vicula esset in quo in e manib⁹ illos iactabat: vt scribit Diomedes. Aenigma est per incredibilia confusa sentẽtia: vt amã illio q̃ est d mater mariti. Cã iocasta significet que laij vxor edipũ filiũ mortuo laio virum accepit: ex quo genuit Ethecolem ⁊ Polynicẽ.

Improprius sermo dicetur Acyrologia.
Sic dics requiem timeo: vel spero laborem.
Quippe superuacue debet dici Pleonasmos.
Additio vocis: seu sic est ore locuta.
Additio vocum est dicenda Perissologia:
Exuberans sine vi rerum que significantur.
Qua poterant ibant: sed non qua non potuerunt.
Si sermo fuerit nimium quam longus oportet:
Macrologia quidem nobis dicetur inesse:
Ambiguum dictum dicas amphibologiam.
Aio te eacida Romanos vincere posse.
Signat idem verbis diuersis tautologia.
Exultans redeo rursus/gaudensq; reuertor.
Ipso egomet dicas facies quoq; tautologiam.
Dicitur vnius verbi defectus eclipsis.
Hec secum loquitur: supplendũ deest: q̃z verbum.
Deficiens sermo certe aposiopisis extat.
Quos ego: sed motos prestat componere fluctus.
Obscurus sermo cunctis aenigma vocatur.
Mater me genuit: eadem mox gignitur ex me.

Esto tapinosis fertur si de mare gurges.

Dictio turpe sonans tibi nempe cacephaton esto.

Detur in exemplum. vel tu cum compare ludis.

Tapiosis.

Tapinosis ẽ dum rei magne fit humilis expositio nam tapinos grece apud nos ẽ humilis: vt Uer. multa malus simulãs. p scelest⁹. idẽ vtrũq armato numie cõplẽt. i. mite legiones armatorũ militũ impl. ucrũt multas cauernas. et apud Flaccũ. pelide stomachũ p bili et iracundia: Tapinosis aũt proqrie humiliatio ẽ: tapinos humilis: tapinophrosine humilitas: tapino humilio. Cacephaton grece cacophaton dici põt mala locutio vel cõsonãtia: nã cacon est malũ et phaton dictũ: vt est arrecto auribus asto. O fortunatã natã me cõsule Romam. fit aũt si cũ particula m n litera sequatur. Uergilius. Et numerũ cum nauibus equat. itẽ qñ sequens dictio duas habet syllabas precedentibus duabus cõsimilibus: vt in pdicto Ciceronis carmine deprehẽditur: et in somnio Scipionis. luce lucebat aliena. Et contraria est euphonie.

Cacephatõ

De metaplasmo.

Metaplasmus. Metaplasmi species.

Metaplasm⁹ dici põt a nostris transfiguratio: meta em trãs et psalmatos figmẽtũ dicit: m teste Diomede metaplasm⁹ est trãsformatio qdã recti solutiq sermonis in alteram speciem metri aut decoris causa figurata. Huj⁹ species (vt aiũt) he sunt. Prothesis. Epẽthesis. Proparalepsis vel Paragoge. Apheresis. Syncope. Apocope. Ectasis. Systole. Dieresis. Synalepha seu syneresis. Episynalepha. Eclipsis. Antithesis. Metathesis.

Epitome.

Metaplasmus et illius species que sunt prothesis: epenthesis: pparalepsis: apheresis: syncopa: apocope. ectasis: systole: dieresis: synalepha: et alie hic apponuntur: qualiterq fiunt.

Compositura mala est vocum Cacosintheton vlla:

Nam syn compositum/theton apte significabit.

Exemplum teneas illud: versaq iuuencum.

Terga fatigamus hasta nono vt Maro dixit.

Prothesis apponit caput: id sed apheresis aufert.

Arduus Alcides medijs in moenibus astat.

Leges celicolum/et mortalia temnitis arma.

Syncopa de medio tollit quod epenthesis auget.

Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus.

Induperatorem sed epectasis hec quoq fertur.

Aufert apocope [illegible] quem dat paragoge:

Proparalepsis item.

Nec spes libertatis erat/nec cura peculi.

Partibus ex ijsdem: et summa dominarier arce.

Sistole productam breuiare: Diastole fertur

Ducere correptam: sic ectasis efficit ipsa.

Obstupui/steteruntq come: et vox faucibus hesit.

Dyana sanguis intrat. Lucani continet alter.

Ethlipsis necat m: vocalem aufert Synalepha.

Hec etiam fertur mihi nempe Syneresis esse.

Multum ille et terris fuerat iactatus et alto.

Syllaba de binis facta erit episynalipha.

[illegible] autem telis Panthus elapsus achiuum.

[illegible] dem fertur mihi nempe Syneresis esse.

Dicitur in binas separare Dieresis vnam.

Aulai in medio libabant pocula bacchi.

Prothesis.

Prothesis dici pt appositio vl additio: cponit em ex pros qd ẽ ad et thesis positio vt gnate p nate: retulit p tulit: astat p stat. Prothesetos aũt appositus ẽ. Apheresis dici pot ablatio vel abscissio: nã ab apheso verbo quod est abscindo descẽdit: vt temnitis pro contemnitis.

Apheresis.

Syncope.

Syncope põt latine dici concisio: componit enim ex syn qd est con: et copto incido: vt glutisse pro glutiuisse.

Epẽthesis.

Epenthesis dici põt interpositio: nam cõponitur ex epi et en que dicunt inter et thesis positio: vt induperatorẽ pro imperatorem. hanc alij parentheum vocãt: vt ait Donatus: quidã vero pleonasmũ appellant: vt diome. edocuit. Epectesis dici potest porrectio: nam epi dicit super et ecteno vel ectino media lõga produco: extendo vt induperator pro imperator. Apocope: id est abscissio vel amputatio. Nã cõponitur ex apo prepositione que in cõpositione dicit ab vel re et copto scindo: vt peculi p peculij. apocopo autem amputo significat. Paragoge potest dici deductio vt dominarier pro dominari. Proparalepsis componitur ex pro quod est ante et para iuxta et lepsis acceptio: quasi iuxta ante acceptio: vt amarier pro amari. Systole dici potest correptio: vt in steterunt te breuiatur que naturaliter longa est: vt Seruio teste in. vij. Systole sine exemplis fieri non debet. Systollo autem corripio vel cõtraho dicit. Diastole potest dici latine dilatatio: et fit cũ breuis syllaba producitur vt in sanguis. is. breuis producit. Dyastello autẽ distinguo dicit. Dyastole distinctio fertur. Ectasis interpretatur productio: nam ab ecteno quod est produco derivatur: et fit qñ breuis syllaba producitur: vt exercet dyana choros: nam di breue productuz est. Eclipsis dici potest expressio sine elisio: elitome em exprimo elido excludo significat: fit autem quando sequente vocali consonans precedentis dictionis exprimitur cuz sua vocali: vt multũ ille vbi a cum m exprimitur: eadem figura vocat Eclipsis vel Syllepsis: et trãsfert a Quintiliano detractio: nã componitur ex ec et lipo vel lepo: qd est desero deficio linquo. Synalepha vel Synalipha interpretatur coniunctio. Synalipho enim coniungo: vel ẽ cõpressio. Nã componitur ex syn qd est cũ et alephe pressio. Fab. th. j. dicit qd interpretatur complexio: et est cum vocalis aliqua in fine dictionis per subsequentem vocalem abijcitur in metro: vt multũ ille et terris. hic enim um precedens excluditur. Episynalepha est conglutinatio duarum syllabarũ in vnam syllabam facta vt panthus pro panthous. Et synapto autem coapto vel coniungo dicitur. Syneresis teste Fabio in primo interpretatur complexio: vel vt alijs placet contractio: qualis est apud Publi. Uarronem. Cum te flagranti deiectum fulmine pheton. Nam si esset prosa oratio easdem literas enuntiari veris syllabis licebat: componitur autem a syn quod coniunctionem indicat et aeresis diuisio: quasi diuersorum contractio: vt Alcinus pro ascinous bini pro binni et similia. Synereo autem et Synero contraho vel congrego notat. Dyeresis interpretatur diuisio; nam diero diuido significat. est autem figura vnius syllabe in duas: vt auia. pro aule.

Apocope.

Paragoge. Proparalepsis.

Sistole.

Dyastole.

Ectasis.

Eclipsis.

Synalepha.

Episynalepha.

Syneresis.

Dyeresis.

Antithesis. ¶ Antithesis est litere pro litera positio: vt olli subridēs pro illi cōponit̄ aūt ab anti qđ est pro & thesis positio q̄s pro al **Antistoechon.** tera positio dicit̄ itē appositio antithos.vo contrari⁹ antistochon dici pōt pro litera.nā anti dicit̄ pro & stocchon lite ra:vt ver.Mirat̄ molē eneas magalia quondā: vbi magalia pro magaria dicit ponēs l.pro r.Nā magar nō magal pe **Metathesis.** norū lingua villā designat:autore Seruio.j.enei.Itē sella pro sedda.Antistecheo aūt oppono dicit̄. ¶ Metathesis dicit̄ trāspositio.Nā meta trās & thesis positio.Est aūt literarū ordo mutat⁹.Æg.x.At tibi tymbre caput euādri⁹ abstulit ensis.Nā dicit̄ teste Seruio tymbre pro tymber & si etiā tymbrus & euādrus dicat̄.Metheto aūt trāsfero.

Protesmia. Parallage. Metatheo trāscurro. ¶ Protesmia aūt dicitur prepositio ppositio ppositā. parallage muta tio dicit̄. Parallax vicissim. parallatos mutabi lis. parallato offero.

Dicitur antithesis si litera ponitur vna
Ponere cum debes aliam sic dicimus olli.
Hec antistoechon poterit quoq; dicier apte.
Est trāspositio mihi nempe metathesis ipsa.
Litera non fiet transposita quando manebit.
Tymbreq; sic dicis cum tymber dicere debes.
Esto prothesson mihi siue Parallage:quando est
Prepositura quidem non propria litera siue.
Cui tantum de te licuit:pro in te:Maro dixit.
Asuenio sic pro aduenio scribit Diomedes.

¶ Epitome.

☞ Schema & illius species:vt sunt prolepsis:zeugma:hypozeu sis:Climaxq; cum alijs id gen⁹ qualiter sint:& quid sit:hic habe & inuenis.

Nempe prolepsis erit presumptio:tunc etenim fit.
Quum quod posterius venit describitur ante.
Uergilius sexto:portusq; require Uelinos.
Uel totum capitur post partes accipiuntur.
Discipuli discunt hic Pindarum:et ille Catullum.
Quum plures sensus verbo concludimus vno.
Fit zeugma:a nobis adiunctio dicitur esse.
Troiugena interpres diuum qui numina phebi:
Qui tripodas clarij laurus:qui sydera sentis:
Et volucrum pennas:& prepetis omnia penne.
Fertur hypozeusis verbo res singula iuncta.
Incedit Paulus:Marcus sedet:ille quiescit.
Primi vox numeri plurali reddita verbo:
Aut primi numeri verbo pluralis inherens.
Dissimili in sensu Syllepsis dicitur esse.
Uergilius dixit.Sunt nobis mitia poma:
Castanee molles:& pressi copia lactis.
Hic illius arma:hic currus fuit.

Schema quid et quot eius species. Schema dicit̄ authore Fabio li.ix.id qđ fit a simplici atq; in promptu po sito dicendi mō poetice vel oratorie mutatū.Duas aūt ei⁹ eē ptes idē ait Dianoeas:id ē mētis vel sensus vel sentētiarū:& lexeos.i.verborū vel dictionis vel sermonis vel orationis.Donat⁹ ait q̄ schema ta dianoeas ad oratores pertinēt:ad gramma ticos vero lexeos.Hui⁹ species sunt multe: sed necessarie tradunt̄ vt scribit Diome.p quos si miles colligētur.prolepsis:zeugma.hypozeu sis:Syllepsis.Asintheton seu dialiton:Anadi plosis:Anaphora:Epanalepsis:epizeusis:Pa ranomasia:Schesisonomaton:Paramoeos:Ho meteleuton.Homoeptoton:Polyptoton:Hyr mos:polisyntheton:Climax.Schema pōt dici la tine figura siue cultus.Cic.de claris oratorib⁹ **Dianoeo.** appellat schemata sentētiarum orationisq; for **Lexis.** mas.Dianoea Dianoeas dicit̄ sentētia:intelli **Prolepsis.** gentia:cogitatio.Dianoeo:animaduerto:deli bero:cogito.Lexis aūt lexeos dicit̄ dictio & lexi con vocabulariū. ¶ Prolepsis cōponit̄ ex pro qđ est ante & lepsis acceptio:quasi preacceptio seu presumptio.Cic.j.de natura deorū anticipatio nem interpretat̄:vbi etiā dicit epicurū primum appellasse prolepsim:quā antea nemo eo v̄bo nominarat.prolābano:anticipo nobis signifi cat.Lābano em̄ capio vel accipio.Fit aūt Dio mede teste quū id qđ posteri⁹ accidit añ tēpus ascribit̄:vt portusq; reqre velinos. Uelina em̄ nondū erat:quū ad italiā venit Aeneas:vt ait Seruius:sed helis dicebat̄. Prolepsiz Fabi.ix. presumptionē appellat quū id qđ obijci pōt oc cupamus:& precipue pbe cōuenit. Prisci.pre terea lib.xvij.inquit.Et sciendum q̄ in constru ctiōe diuiduorū si per presumptionez id est pro lepsim pponit̄ plurale verbū ad vtrūq; sequēs licet nomatiuum anteferre:vt aquile deuolarūt hec ab oriente:illa ab occidente.Sin ad ea q̄ di uiduntur singulariter verba cōsequant̄:geniti uum oportebit pponi pluralē diuidēdo:vt aqui larū altera deuolauit ab oriente:altera ab occi **Zeugma.** dente. ¶ Zeugma dici pōt latine sm̄ Pris.libro xvij.adiunctio:nā figura est q̄ tūc fit cū plures sensus vno verbo claudunt̄.Eādem Fab.ix.ap pellat Enezeumenon:in qua vt ait vnuz ad ver bum plures sentētie referunt̄:quaz vnaqueq; desideraret illud si sibi poneret̄. Id trib⁹ acci dit modis.Aut pposito v̄bo ad quod reliqua respiciāt:vt vicit pudorē libido.timorē auda cia:rationē amētia.Et tūc dicit̄ Protozeugma. Aut v̄bo postposito.neq; em̄ is es Catilina vt te aut pudor a turpitudine:aut metus a periculo:aut ratio a furo re reuocauit:& tunc histerozeugma vel hypozeugma dicitur.Aut in medio sensuū posito verbo:& tūc Mesozeu gma nominat̄:vt Troiugena interpres diuū &c.zeugma dicitur iugatio vel cōiūctio.& zeugma iugo:zeusis:iuga **Hypozeusis.** tio:zeugatio iunctura: ¶ Hypozeusis dici pōt subcōiūctio:nam componit̄ ex hypo quod est sub & zeusis cōiūctio seu iugatio:& est figura superiori contraria:vbi diuersa verba singulis rebus iunguntur:vt quid re petat:quid ue ipse ferat Mezentius arma:que sibi conciliet violentaq; pectora turni.Edocet humanis que sit fiducia reb⁹.Ad **Syllepsis.** mouet immisceq; preces. ¶ Syllepsis dici pōt latine cōceptio:teste Prisciano in.xij.Componit̄ aūt ex Syn qđ est con:& lepsis acceptio:dicitur idē comprehensio.Syllepsis autem est compilatio. ¶ Syllego collige.Syllepsis ait Diomedes est dissimiliū clausularū per vnum verbum conglutinata conceptio.Fit autem quando singularis dic tio plurali verbo redditur:aut pluralis dictio singulari verbo adiungit̄:vt sunt nobis mitia poma castanee mol les & pressi copia lactis.Item.hic illius arma:hic currus fuit.hoc autez Schema late patet:vt Donatus ait.vnde aliqui dicunt Syllepsim fieri etiam cum pro multis ponatur vnus:vt hostis habet muros pro hostes.Item pro vno multi:vt nono eneidos. Uos o calliope precor aspirate canenti.Est enim syllepsis per numeros:vt ait Ser uius.Erat namq; rectum vos o muse & tu calliope.

¶ Dialyton dici pōt dissolutū: nã descendit a verbo dialyo qđ est dissoluo. Dialitos vero dissolut⁹. Dialysis dissolutio. Dialyton vel asyntheton est orõ sine cõiũctiõib⁹: vt alij naualib⁹ ite ferte citi flãmas: date tela: impellite remos. Itẽ veni: vidi: vici. Idẽ iustitia: prudẽtia: fortitudine me superasti. Hec etiã brachiologia nominat: vt Diomedes ait: ⁊ Fabius li.ix. Asynthetos dissunct⁹ vel Asynthetos incõposit⁹. ¶ Polisyntheton dici pōt multipliciter cõiunctū. poly eñ multū vel: ⁊ polys multus. Synchesmos vero nodus coniunctio. Syntheton autem compositum dicit. Est aũt oratio multis nexa cõiunctionib⁹. vt Athamasq; Thoasq; pelidesq; Neptolem⁹ primusq; Machaon.

Dialyton.
Asynteton
Brachiologia.
Polysyntheton.

Quum sine iuncturis voces varie socientur.
Dialyton certe vel asyntheton efficiemus.
Exemplum capies: rex miles plebs negat illud.
Diuersas voces: coniunctio plurima si fert.
Nempe figura datur Polisyntheton esse pelasgum.
Detur in exemplum materq; nepos q; paterq;.
Uox duplicatur enim quoties Anadiplosis extat.
Principium ⁊ versus fit idem cum fine prioris.
Urbs hetrusca solo sequitur pulcherrimus astur.
Astur equo fidens ⁊ versicoloribus armis.
Incipit ⁊ finit verbo epanalepsis eodem.
Pauper amat caute: timeat maledicere pauper.
Est epizeusis similis geminatio verbi
Significantis idem. meme petit Hectore dignam.
Dictio si similis fuerit repetita duorum
Uersuum principijs tunc anaphoram faciemus.
Nate mee vires: mea magna potentia solus.
Nate patris summi qui tela typhoea temnis.
Non te pretorem predonem dicimus esse.
Dic paranomasiam fugit ille fugam similem dic
Nominibus cunctis si iungis Epitheton vnquam:
Tunc schesisonomaton dixerunt esse figuram.
Marsa manus: peligna cohors. festina virum vis.
At Paramocon erit similis si litera multis
Uocibus initium prebet; sic Ennius inquit.
O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti.
Machina multa minax minitatur maxima muris.
Uno verba modo finita/aut nomina multa
Homotheleuton faciunt: petit/ripit ambit.
Uergilius sexto dixit bella horida bella.
Si similes casus vel fines clausula sumit
Ut misti ducibus sapientibus atq; benignis.
Merentes flentes lachrymantes ac miserantes.
Fertur homoptoton tunc esse figura pelasgum.
Datq; polyptoton varios casus retinendo
Clausula littoribus contraria littora fluctus
Fluctibus esse precor: populis populos inimicos.

Anadiplosis dici potest a nostris reduplicatio: nã cõponitur ex ana. i. re: ⁊ diplosis duplicatio. Diplaȝo eñ vel diploo nobis duplico dicitur: diplasios dupl⁹. Diploos duplex. ¶ Epanalepsis dici pōt replicatio vel repetitio: vt pauper ⁊c. epanalãbano autem repeto. Et aliter. Epanalepsis: vt ait Diomedes fit cũ eadẽ dictio: ⁊ principiũ versus ⁊ clausulã tenet: vt Te nemus anitie vitrea te fuscinus vnda. Te liquidi flevere lac⁹. Itẽ pater inquam me lumine orbauit pater: ante etiã sceptrum dictei regis et ante: ⁊ aliter. Epanalepsis est cum maiore significato facta repetitio: vt in Horatio. heu heu fugaces posthũc: posthume labuntur anni. ¶ Epizeusis dici potest combinatio: id eñ zeuxis importat. Hec eadem epimone dicit: qđ nomẽ perseuerantia instantia vel assiduitas interpretatur. Epizeusis ait Diomedes. est eiusdem dictionis in eodẽ versu sine aliqua dilatione geminatio cũ impetu prolationis: vt meme adsum qui feci: in me cõuertite ferrum. ¶ Anaphora dicit repetitio vel relatio: ana enim re et phora latio. Anaphoricos vero relatiuus: anaphoro refero. Anaphora est vt Diomede ait relatio verbi eiusdẽ aut similis per principia versuum plurimorũ: vt nate mee vires. Item spes tu nũc vna senecte: tu requies misere decus imperiumq; latini. Te penes: in te omnis domus inclinata recũbit. ¶ Paranomasia vt ait Diomedes vel denominatio. Nã tunc fit cũ dictio iteratur: mutata tñ aut litera aut syllaba in significatiõe diuersa: vt abire an obire te conuenit. Et non pretorẽ te: sed predonem dicimus. Est quoq; cũ precedenti nomini aut nomẽ: aut verbũ annectitur ex eodẽ figuratum. vt fugam fugit: factũ facit. Pugnat pugnata est. Paranomasia est inquit Fabius id est qũ eodem verbo quasi falsum augetur: que lex priuatis nominibus esse lex non videbat. Cui cõtrarius est q̃ antanaclasis eiusdẽ verbi cõtraria significatio: quũ Proculeius quereretur de filio q; is mortẽ expectaret: ⁊ ille dixisset se vero nõ expectare: imo inquit rogo expectes. ¶ Schesisonomaton vt Diome. ait. est quum singulis nominibus Epitheta cõiuncta sunt: vt marsa manus peligna cohors ⁊c. ⁊ aliter schesisonomaton ait esse: qñ in cõnexu sententiarũ plures antonomasie ponuntur: vt armipotens tritonia virgo. Schesis dici potest habitudo vel habitus. Onomatõ vero nominuȝ. ¶ Paramocon dici potest simile. Paramocos vero similis. ¶ Homoteleutõ vel homoeteleutõ dicit a Cicerone in dignitatibus similiter desinens: nã componit ex homos qđ est similiter: ⁊ teleuton finitũ. Telos vero finis: Telo finio perficio. Teleute finis est aũtẽ oratio similibus verbis: aut vocib⁹ terminata: vt apud Ennium. Eos reduci q̃ relinqui temni q̃ deseri malui. Uergilius. Bella horrida bella. huic aũt Iuxta est homoptoton: qz solummodo est nominũ. ¶ Homoptotõ vel similiũ casuũ vel similr cadẽs: homos eñ silr: ⁊ ptosis casus est. Dicit etiam homoeoptotõ: homoeos nãq; similis est homoptoton est oratio vno similiq; casu compacta: vt apud Salustiũ teste Diomede. Maxima ducib⁹ fortibus strenuisq; ministris: ⁊ aliter fit quã oratio excurrit in eosdẽ ⁊ similes casus: vt Ennius. Merentes flentes lachrymantes ac miserantes. ¶ Polypton id est qđ multiplicẽ habet casum: poly eñ mult⁹ est: ptosis casus. Polyptotõ Diomedes est oratio casuũ varietate distincta: vt ait Terẽtius. te solũ habem⁹ tu es patronus: aut pater. Ille tibi mouens nos cõmendauit senex: si dixeris tu nos perimus: ala littora, littoribus zcraria ⁊c.

Anadiplosis.
Epanalepsis.
Epizeuxis
Anaphora
Paranomasia.
Fabius.
Schesisonomaton.
Paramocon
Homoteleuton.
Homoptoton.
Polypteton.

Hyrmos. ¶ Hyrmos dicitur syrmos qđ est tractus: nam series est orationis vel constructio continue tenorē suum in multos versus protendens: vñ recte Seruio hyrmos longissimū est hiperbaton. Vergilius .vj. principio celum ac terras camposq̧ liquentes: Lucentemq̧ globum lune titaniaq̧ astra ⁊c. Syrma etiam tractus dicitur a syrmo traho.

Climax. ¶ Climax dicitur latine gradatio teste Fab. lib. ix. ⁊ est figura cum de verbo in verbum fit gradatio: repetit enim q̄ dicta sunt. ⁊ priusq̄ ad aliud descēdat in priorib⁹ resistit: vt industria parit virtutē: virt⁹ gloriā: gloria: inimicitias: inimicitie pericula. Clima climatos regio dicitur. Climax vero climatos scale vel gradatio.

Longa quidem series constructus hyrmos habetur.
Est in secessu longo locus ⁊c.
Esto climax proprie subscripta gradatio lector.
Torua leena lupum sequitur: lupus ipse capellam.
Quum res est alijs similis pro nomine nomen
Ponitur: hinc iuuenis simplex hic dicitur agnus:
Id sic translatum tibi rite metaphora fertur.
Nempe catachresis dicetur abusio nobis.
Hinc parricidam matris fratris quoq̧ dicunt:
Cum proprie patris sit parricida vocandus.
Fertur abusiuus nobis catachresticos illis.
Fertur abusiue tantum sperare dolorem.
Fit metalepsis enim cum dictio forte gradatim
Ad quod demonstrat pergit tibi significatur.
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.
Pone tenens lector pro contento aut vice versa.
Nunc pateras libate Ioui: vel vina coronant.
Nempe metonymiam conceditur esse figuram.
Antonomasia est pro nomine sumpta loquela.
Sic proprium nomen reticens ponens generale.
Sic quoq̧ Vergilium nomen dicendo poete.
Appositum proprio nihil fertur epitheton esse.
Alma ceres/ ⁊ pulchra venus: vel tristia bella.
Pro numero numerum si pono: synedoche habetur.

Trop⁹ q̄d sit: quare dicatur: et quot sunt eius spēs. Tropus est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cū virtute mutatio. Fab. viij. Tropos itē sermo est a principali significatiōe trāslatus ad aliam ornande orationis gratia: vt tropos dictus est ab eo loco in quo propria est trāslata in eū in quo propria nō est Fab. ix. Tropi dicti ex eo qđ vertant orationē: vnde ⁊ motus dicunt authorest idē Fabius. tropeo aūt verto significat. Tropeo vero mutatio seu cōuersio. Tropi sunt vt asserit Diomedes. Metaphora. Metalepsis. Antonomasia. Onomatopeia. Hiperbaton. Allegoria. Catachresis. Metonymia. Synecdoche. Periphrasis. Hiperbole. Homoesis: horuz aūt omnium generalis est Metaphora ceteri o̅s huius spēs videtur.

Metaphora. ¶ Metaphora ex meta cōponitur qđ est trans ⁊ phora latio: vñ metaphora dr latine trāslatio. qđ etiā Fa. scribit. viij. que quidem vt ait copiā auget sermonis permutando aut mutuādo que nō habet: quodq̧ est difficillimū prestat ne vlli rei nomē deesse videatur: transfert ergo nomē aut verbū ex eo loco in quo propriū est in eū in quo aut propriū deest: aut trāslatū proprio melius est. Id facimus aut q2 necesse est: aut q2 significantius est: aut quia decentius: vnde necessitate rustici dicunt gemmā in vitibus: quid enim dicerent aliud? ⁊ sitire segetes. Item illa ad ornatum lumen orationis: generis claritatem ⁊ concionum procellas: ⁊ eloquētie flumina: sic Maro dixit classiq̧ immittit habenas: itē. arrectisq̧ aurib⁹ asto: ferrūq̧ armare veneno: nam ⁊ venenum armare: ⁊ ferrum armare translatio est: vt idez Fabius. viij. scribit. Et metaphora aut necesse locum occupare debet: aut si in alienum venit plus valere eo quem expellit: metaphero aūt trāsfero dicit.

Catachresis. ¶ Catachresis dici potest a nobis abusio vel vsurpatio. Cata namq̧ cōtra dicit ⁊ chresis vsus quasi sit cōtra vsum. Hec autem: vt fabius scribit. viij. non habentibus nomen suum accommodat: quod in proximo est: sic dicuntur pixides cuiuscunq̧ materie sunt: ⁊ parricida matris q̧ aut fratris interfector: vñ oportune ait i dicto libr. Multa sunt grece ⁊ latine nō denominata: nā ⁊ q̄ iaculū emittit iaculari dr: q̄ pilū aut sudē appellatione priuati sibi assignata caret: ⁊ vt lapidare quid sit manifestū est: ita glebarū testarumq̧ iact⁹ nō h3 nomē: vñ abusio ḡ catachresis dr necessaria. Hec ille.

Catachresticos. Catachresticos dici pōt abusiue. Uer. x. aut sese mucrōe ob tm dedec⁹ amēs induat. ꝑ feriat. abusiue catachresticos nomē abusiu⁹ dr: aduerbiū vo abusiue: catachrone aūt abutor.

Metalepsis. Metalepsis figura ē quā nos varie trāslatiuā: trāssumptiuā: traspositiuā vocamus: vt Fab. ait in. iij. cōponit aūt ex meta ⁊ lepsis q̄ est acceptio: hinc trāsumptio dr.

Metalambano. ¶ Metalambano aūt trāssumo ac muto: fitq̧ quā aliqua dictio aliud a sua propria significatiōe ex his q̄ p̄cesserūt denotat: vt ibi post aliquot mea regna videns mirabor aristas. hoc est segetes ⁊ sic estates: ⁊ ob id annos.

Metonymia. ¶ Metonymia dicitur a Diomede transmutatio: fit autem multis modis. per id quod continet id quod continet: sic crateras magnos statuūt ⁊ vina coronant: non enim vina sed crateras in quibus vina continentur: coronant: per id quod continet id quod cōtinetur. Sic celo gratissimus amnis: pro dijs qui celo continētur. per inuentorē quod inuentum est aut per dominantem subiectum sit. Sine cerere ⁊ baccho friget venus: vult enim per cererem panem intelligi: per bacchum vinum: per venerem concubitum: per inuentum inuentorem. aut per subiectum dominantem: sic vt vinū precemur: nam hic presens deus est: ab eo quod fit id quod facit: sic frigus pigrum: mestū: qui timorē: id est qui mestos facit. Metonomazo autem transnomino dicit. Metonymia transnominatio fertur a Diomede vero trāsmutatio: vt dixim9.

Antonomasia. ¶ Antonomasia dici potest pro nomine. l. vice nominis positio; vt magnanimus Anchisiades p Aeneas. et saturnia pro iunone. Fabius. viij. Antonomasia vt Diomedes ait: est vocabulum quod sine nomine positum loco eius fungitur: vt est arma virūq̧ cano: vbi intelligitur Aeneas. Itē domitor maris. dicit ⁊ intelligit neptunus: fit autem modis tribus: ab animo vt magnanimus anchisiades: id est eneas. a corpore vt ipse ardu⁹: id est polipheмus. ex trinsecus: vt infelix puer atq̧ impar cōgressus achilli: hoc est troilus.

Epitheton. ¶ Epithetō qđ recte dicim⁹ appositū vel adiectiuū: a nonnullis sequēs dr: vt dulce mustum. eo poete ⁊ frequētius ⁊ liberius vtūtur: nāq̧ illis satis est

verbo cui apponitur. Itaq; & dentes albi: & humida vina. in his nõ reprehẽdimus apud oratorẽ: nisi aliquid effi
citur. red in lat: tunc autem efficitur: si sine illo quod dicitur minus est: qualia sunt: o scelus abhominandum: aut
deformẽ libidinem. Fabi. viij. componitur autem ex epi. quod hic dicitur & theton positum. sumitur aũt epitheta
modis tribus: ab animo vt iustus imperator: cõtemptor diuum mezẽtius: a corpore vt pulcher iulus: extrinsecus
vero q̃ sumunt in plures species diuidũtur: sunt eñ a loco: ab actu: ab euentu: a loco: vt Ulixes ithacus: ab actu:
vt encia nutrix caieta: ab euentu: vt insula diues
opum tenedos. Epitheton ab antonomasia dif
fert: hec enim vicem nois substinet: epithetõ vo
nunq̃ est sine pprio noie: vt donatus edocuit.
¶ Synecdoche dici potest conceptio vel com
prehensio. ¶ Cicero vero in dignitatibus dici — Synecdoche.
tur intellectio. Synecdochicos autem aduer
bium comprehensiõem denotat. est autem figura
cum a parte totum: vel a toto pars intelligitur
vt puppi: id est naui: frigidus annus. id est fri
gida hyems: meminisse autez debemus ait. Do
natus quando fit a parte totũ faciendum esse
ab insigniori parte: synecdoche est etiã ibi. Nu
da genu: nudoq; sinus collecta fluentes. i. habẽs
nudum genu: & habens collectos sinus. Fit etiã
quotiẽs participio preteriti temporis a passiuo
iungimus casum actiui: vt deiectus animum. me
sta vultũ. Seruius. j. eñ. sed in carmine potius
q̃ in prosa vtemur. Synecdoche idez est: vt Fa — Synecdoche qñ subticendum est a quibus.
bius ait. ix. cũ subtractũ verbum aliquod satis
ex ceteris intelligit: vt Celius in antonium. Stu
pere gaudio simul eñ additur cepit. Cui simi
lia sunt illa que meo quidem iudicio in quibus
verba decenter pudoris gratia subtrahunt. No
uimus: et qui te transuersa tuẽtibus hircus: et
quo sz faciles nymphe risere sacello. hãc qdaz
aposiopesim putant frustra: nã illud qd taceat
incertũ est: aut certe longiore sermone explican
dũ. hic vnũ verbũ: & manifestũ qd est deside
ratur: que si aposiopesis est: nihil non in quo deest
aliquid appellabit. hec ille. ¶ Onomatopeia
est onoma: os. i. nois peia. fictio. hinc etiaz Fab. — Onomatopeia.
in. viij. ait. Onomatopeia est fictio nois a grecis
inter maximas habita virtutes nobis, vix permit
titur. Item tamen mugitus & sibilus & murmur
venerunt. Fit autem quando vocis confuse no
men ad imitandum sonum effingimus. vt ouium
dicimus balatũ: boum mugitum: equorum hin
nitum: terribilis buccine sonitum taratantara
Ennius. At tuba terribili sonitu taratantara
dixit. ¶ Periphrasim vocant circuitũ eloquen — Periphrasis.
di: vt docet Fab. libro. viij. Fitq; cum id quod
vno aut paucioribus verbis dici põt pluribus

Exemplum / naues armato milite complent.
Si partem sumas pro toto vel vice versa.
Da requiem puppi veniet cum frigidus annus.
Nuda genu tectusq; oculos eadem quoq; fiet.
Finge nouas voces onomatopeia fiet
De sonitu factas: sic sus scropha dicitur esse.
Circuitus romane periphrasis esto loquendi.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tritoni croceum linquens aurora cubile:
Iam lucescebat. vel lux erat orta notatur.
Trãscensus veri manifestus hiperbole fiet.
Astrã ferit sonus armorum / clangorq; tubarum.
Uocum turbatus formabit hiperbaton ordo:
Longius est verbum quoties fit hyperbaton illic
Dictio si subsit cum sit precedere digna.
Transtra per & remos dicatur: anastropha fiet.
Dat tmesin partes in binas dictio secta.
Est boree regio septem subiecta trioni.
Interpositio romane parenthesis extat.
Tu mihi (namq; pius noctesq; diesq;) fauebas.
Synthesis est vocum aut sensus confusio longa.
Uina bonus que deinde cadis: & cetera.
Hysteron & protheron nutrit / peperit vocatur.
Hec fit cum rectam seriem sententia mutat.

explicatur. vt tempus erat quo prima quies mortalib⁹ egris Incipit: & dono diuũ gratissima serpit. Item ou ñ tes
teros depellere ferno. i. agnos. Periphrasis demũ circũlocutio dr. peri eñ circũ vl circa dicit: phrasis locutio fert
e phrazo dico vel differo. ¶ Hiperbole dici põt eminentia. vel vt ait Cic. superlatio: a Fab. libro. viij. superiectio in — Hyperbole.
terpretatur: a qbusdã vera excessus dicit. Cõponitur eñ ex hyper quod est super & bole qd est iact⁹: vnde figura
dicit quum dictio excedens fidem ponitur augẽdi minuẽdive gratia: augẽdi: vt niue candidior: & fulminis ocyor
alis. Minuẽdi vt volãte te folij sonitus terreret. & vix faucibus herent. ¶ Hyperbaton verbi transgressio interp — Hyperbaton.
tatur sm Fab. lib. viij. quã frequẽter ratio cõparationis & decor poscit: sit eñ frequentissime aspera dura dissolu
ta: & hiana oratio si ad necessitatẽ ordinis sui verba redigantur: longius vero verbum propter hyperbatos est: vt
animaduerti iudices omnẽ accusatoris orationẽ duas in diuisam esse partes: nã in duas partes diuisam esse res
etiam erat: sed durum & incõptum. huius vero Tropi species sunt quinq;: vt asserit Diomedes. Anastrophe. Dia
cope vel Tmesis. Dialisis vel parenthesis. Synthesis. Hysterologia siue hysteron proteron. Hyperbaton au
tem transcendo dicit vel trãsgredior: hyperbalo excẽdo: supero. hyperbasia vel hyperbasis trãsgressio ¶ Ana — Anastrophe.
strophe dicitur inuersio: est enim vt ait Diomedes duorum verborum ordo preposterus. vt transtra per & remos:
est enim per transtra. item italiam contra pro contra italiam. docuit vero quidam anastrãphe reuertor est: nobis
et anastrophe reuersio. ¶ Tmesis vel diacope est vnius cõpositi vel simplicis sectio vna dictione vel plurib⁹ inter — Tmesis.
iectis: vt septem subiecta trioni: & saxo cere comminuit brum: pro septentrioni et cerebrũ. Tmesis enim proprie dis
est sectio scissio diuisio. Tmo enim incido significat. Tmaso. scindo. Diacope ex dia prepositione componit. Dia
autem id est p et copto incido quasi intercisio. Diacopto item interscindo significat. ¶ Parenthesim greci vocãt: — Parenthesis.
vt ait Fabius. ix. quã nos interpositionẽ vel interclusionem dicimus dum continuatiõi sermonis medius aliqs
sensus interuenit. vt Eneas (neq; eñ patrius consistere mentem passus amor) rapidum ad naues premitt achatẽ
tem. Componitur autem ex para & ex que duo dicunt inter & thesis positio: eandem Diomedes Dialisim vocat:
id est dissolutionem. ¶ Synthesis dicitur a nostris confusio: nam syn dicit con: & thesis fusio: est autẽ hyperbatõ — Synthesis.
obscurum ex ol parte: vt vina bonus &c. eñ sit ordo: deinde heros diuidit vina que bonus acestes onerarat cadis
& de crinacrio littore abeuntib⁹ dederat. Itẽ. ij. eñ. Iuuenes fortissima frustra pectora &c. est eñ ordo: iuuenes for
tissima pectora frustra succurritis vrbi incẽse. oẽs dij ldb⁹ ipiũ hoc steterat excessere adytis arisq; relictis. videtis
q fortuna sit reb⁹: si vobis certa cupido ẽ sẽq me audẽtẽ extrema tuami⁹: & in media arma mouemur. ¶ Hysterõ dr — Hysteron.
in nrã lingua post vel nouissimũ. Proterõ vero primũ: & inde hysteron prterõ figura nõlatur: cũ sit a ordine cõtra — proteron.

mutatur: vt postq̄ altos tetigit fluctus: & ad equora venit: nam prius ad equora venit q̄ tangeret fluctus. Hysterologia dici potest prepostérus sermo: estq; eadē figura cum hysteron proteron. ¶ **Allegoria.** Allegoria Fa. viij. inuersionē interpretatur: vt aliud verbis aliud sensu ostendat. O nauis referunt in more te noui fluctus. O quid agis fortiter occupa portum: totusq; ille Horatij locus quo nauim pro republica: fluctuum tempestates p̄ bellis ciuilib⁹: portum p̄ pace atq; cōcordia dicit. Uerg. in fine. ij. georgi. Sed nos immēsum spacijs confecimus equor. Et iam tempus equum fumantia soluere colla. hoc est que tractanda fuerant explicuimus: iam congruum est carmen finire. Eius preterea septem sunt species eminentiores. Ironia: Antiphrasis: Aenigma: Carientismos: Paroemia: Sarcasmos: Asteismos. ¶ **Ironia.** Ironia diuersum ei qd̄ dicit intellectum petit: vt Fab. docet in. vj. idem vero scribit lib. viij. quod ironiam illusionē vocant: qua contraria ostendūtur: que aut pronūtiatione intelligitur: aut persona: aut rei natura. quale est illud Uer. Egregiam vero laudem & spolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus. hāc nisi grauitas pronuntiantis adiuuerit confiteri videbitur quod negare contendit. Item verres pretor vrbanus homo sanctus et diligens. Et in Clodium. integritas tua te purgauit mihi crede: pudor eripuit: vita ante acta seruauit. ¶ **Antiphrasis & ironia quō differunt.** Antiphrasis est vnius verbi ironia. componitur autem ex anti quod est contra et phrasis locutio. est enim dictio econtrario significās: vt bellum dicitur quod minime bonum: et parce quod minime parcant: vel potius a partu litera immutata quasi parte: vt Uarro voluit Gellio referente libr. iij. nascentibus hominib⁹ bonum et malum conferunt: vt Hesiodus edocet. Qua et figura nonnunq̄ quos nanos conspicimus athlantes vocamus: ethiopes argenteos. Hec ab ironia differet: quod ironia pronunciando mutat affectum & significationē. Antiphrasis vero diuersitatē rei notat: vt Diome. ait. Antiphoraticos preterea contradictorius dicitur. ¶ **Carientismos.** Carientismos dici potest gratificatio: nam a charien quod est gratum vel gratiosum deriuatur: ab aliquib⁹ dicitur vrbanitas. Carientizome autem ioco: vrbanus sum alludo significat. Charizome vero dono gratificor. Est autē tropus vt Diomedes ait quo dura dictu gratius proferuntur: vel dictio per ea q̄ grata sunt auribus aliud significās: vt cū interrogamus nūquis nos quesierit? & respōdeat bona salus vel fortuna: ex inde intelligit neminē nos quesiuisse. ¶ **Paroemia.** Paroemia dicitur a nostris prouerbium: vt Uergil. in meri. Lupi Moerim videre priores: nā etiā physici confirmant quod voce deseratur is quē prior viderit lupus. ¶ Unde etiam prouerbium natum est apud Terentiū in ade. Lupus est in fabula. quoties superuenit ille de quo loquimur: et nobis sui presentia amputat facultatem loquēdi. Plinius etiā libro. viij. sic. Sed in Italia quoq; creditur luporum visus esse noxius: vocemq; homini quē priores contemplentur adimere ad presens. Paroemiachos autem prouerbialis dicitur. ¶ **Sarcasmos.** Sarcasmos est plena odio atq; hostilis irrisio: vt pyrrhus ad priamum: Referes ergo hec et nuncius ibis pelide genitori illi⁹ mea tristia facta. ¶ **Asteismos.** Asteismos idest vrbanitas est tropus multiplex numerosusq; virtutis. Nam asteismos putatur quicquid rustica simplicitate caret: & faceta satis vrbanitate exponitur: vt apud Uerg. in bucco. Qui bauium non odit amet tua carmina Meui. id est pro pena et contingat vt diligat Meuium peiorem poetā. Nā meuius & bauius pessimi fuerūt poete inimici tā Horatio q̄ Uergilio. Unde Hora. Mala soluta nauis exit a lite referens olentem Meuium. atq; idē iungat vulpes & mulgeat hircos. i. faciat que contra naturam sunt. Asteiso autem iocor dicit: asteisos vrbanus Asteizome vrbanus sum.

¶ Homoesis dicitur a nostris similitudo. Nam tropus est cum ex similitudine alicuius cogniti in similitudinem deuenimus incogniti.

¶ **Icon.** Icon est quum formę ad formam cū quadā similitudine fit collatio vel cōparatio: aut laudis: aut vituperationis causa: vt ibat in prelium corpore tauri validissimi: impetu leonis acerrimi. Similiter iste quotidie per forum tanq̄ iubatus draco serpit dentibus aduncis. Itē os humerosq; deo similis. ¶ **Parabola.** Parabola comparatio dicitur: nā valet dici iuxta sententiam: est enim ex para quod indicat iuxta et bole consilium vel sententia quasi rerum dissimiliū cōparatio. Uerg. in. ij. Qualis mugitus fugit cū saucius aram Taurus & incertam excussit ceruice securim. Itē qualis in eurote ripis &c. Fabius lib. v. parabolā appellat exēplū. Diome. similitudinē: alij comparationem

Allegoria datur nobis inuersio: sitq;
Quum verbis aliud/sensusq; aliud reperitur.
Claudite iam riuos pueri: sat prata biberunt.
Ironia quidem mihi dissimulatio fertur.
Ironia quidem multis illusio habetur.
Quum sermo ostendit recto contraria sensu.
Egregiam vero laudem & spolia ampla refertis.
Antiphrasis vox est signans contraria dicto.
Dicimus hinc parcas quia nulli parcere norunt.
Obscurus sermo cunctis Aenigma vocatur.
Mater me genuit: eadem mox gignitur ex me.
Sit carientismos tibi gratificatio dicta.
Aspera qua dictu promuntur gratius: vt si
Interrogando nunquis me quesierit? mox
Prospera dicatur fortuna salus bona: siue
Per quod signatur nullus de me petijsse.
Si dices lupus est in fabula amice figura
Scribitur a cunctis tunc rite paroemia dici.
Interpretantur prouerbium hanc tamen omnes.
Sarcasmos plena est odio derisio ab hoste.
En agros & quam bello troiane petisti.
Hesperiam metire iacens. Maro fert duodeno.
Effertur quicquid sine rusticitate facete:
Ipsa figura quidem asteismos dicitur esse.
Qui Bauium non odit amet tua carmina Meui:
Atq; idem iungat vulpes: & mulgeat hircos.
Fertur homoesis quoties fit similitudo.
Sunt species icon. Parabola: cum paradigma.
Ad formam forme collatio dicitur icon.
Omnia Mercurio similis vocemq; coloremq;.
Ponitur exemplum vel comparatio quando.
Illa figura venit que nempe parabola fertur.

¶ Paradigma dr a Fabio in quinto exēplū: est eñ exēpli hortātis vel dehortātis enarratio: hortātis vt anthenor potuit τc. Itē pallas ne exurere classem argiuū τc. dehortātis. vt at nō sic phrygi⁹ penetrat lacedemona pastor le deāqꝫ helenā troianas vexit ad vrbes. ¶ Paradigmo aūt exēplifico dr. ¶ Epimone dici pōt pseuerātia: vt super⁹ in epizeusi dictū est. ¶ Hypallage dr submutatio: nā cōponit ex hypo qđ est sub: τ alage mutatio: dr aūt figura cū: verba per aduersum intelligunt: vt trade rati ventos pro ratē vētis. ab aliqb⁹ vero hypallage dr subalternatio τ hypallato subalterno.

Paradigma. Epimone. Hypallage.

Dicti vel facti exemplum fertur paradigma.
Anthenor potuit medijs τ cetera.
Sepe relata quidem sententia Epimone habetur.
Intercalares versus illud manifestant.
Incipe menalios mecum mea tibia versus.
Si ponatur agens patiens res vel viceuersa:
Sitve modo simili tibi sit conuersio facta.
Trade rati ventos dicatur: hypallage habetur.
Urbem quam statuo est vestra: antiptosis habetur.
Quando adiectiuum in substantiuum resolutū est/
Endiadis fiet. Chalybem frenosqꝫ momordit.
Uteris endiadi pateris libamus τ auro.
Si dicas minus τ plus signes: liptote habetur.
Munera nec sperno dulcis amice tua.
Temporis esse solet descriptio Chronographia.
Uertitur interea celum: τ ruit oceano nox.
Topographia loci sed mundi cosmographia.
Lucus in vrbe fuit media letissimus vmbra.
Respondens ad que sunt forsitan obijcienda:
Das antipophoram: cum nil tamen obijciatur.
Sum pius heu doleo: nam mihi sepe nocet.
Antitheton grece contra positumqꝫ latine.
Frigida pugnabant calidis. humentia siccis:
Mollia cū duris: sine pondere habentia pondus.
Diligo me tute: solet idiophasis esse.
Allophilis tu me: me vel te diligit ille.
Brachilogia refert quā plurima sub breuitate.
Ferte citi ferrum: data tela: impellite remos.
Fertur erotema at quoties interrogat vllus.
Quid melius turdo: vulua quid dulcius ampla:
Fertur epherexegesis que explanat prius acta.
Tolle fuga Turnum atqꝫ instantibus eripe fatis.
Absenti sermo directus Apostrophe habetur.
Sic loquor absenti scriptam dum mitto salutem:
Hanc tibi Priamides mitto ledea salutem.
Pars in frusta secant dic sinthesim esse figuram.
Personamqꝫ nouam formans das prosopopeiam.
Qui modo Nasonis fueramus quinqꝫ libelli.

¶ Antiptosis dici pōt latine pro casu: figura est qñ casus ꝑ altero casu ponit: vt vrbē pro vrbs. Fit eñ ex anti qđ est pro τ ptosis casus: pro aūt ꝑducit: qꝫ per o magnum scribit. ¶ Endiadis figura est quā resoluitur substātiuū in adiectiuū: vt calibē frenosqꝫ momordit: ꝑ calybeos frenos. Et pateris libam⁹ τ auro: id est pateris aureis ꝑ endiadim: vt Ser. docet lib. ij. georg. Endiadis aūt cōponit ab hen quod est vnū. dis per τ dyo duo: id ē qñ vnū ꝑ duo dicit: sꝫ cū hen habeat h post⁹ hendiadis cuꝫ h scribi deberet. ¶ Liptote dici pōt defectiua: nam a lypto qđ est deficio vel linquo deriuatur. Fit autem cū minus dicitur: et plus intelligitur: vt munera nec sperno: id est libenter accipio. ¶ Chronographia dici potest temporis descriptio. chronos enim tempus est: graphia scriptura. Chronicos vero temporalis dicitur. Chronifo autē trado: moror: perseuero. ¶ Topographia loci descriptio. Nā topos locus: τ graphia scriptura dicitur. hec eadem Topothesia dici potest. Topos enim locus τ Thesia positio dicitur. Est autē Topographia veri loci descriptio. Topothesia ficti. author Lactātius. ij. thebai. et Seruius. i. eñ. ¶ Cosmographia dicitur mūdi descriptio. Componitur autem ex cosmos quod est mūdus: τ graphia scriptura pictura ve: cosmeo autem orno significat. Cosmicos mundanus dicitur: cosmos ornat⁹ honestus. Cosmos ornamentū quē τ latini mūdum vocant: τ mundus orbis etiā dicit. ¶ Antipophora fit cū tacite obiectioni respondetur: posset me quisqꝫ interrogare cū dico sum pius heu doleo: cur doles? idcirco respōdit: nam mihi sepe nocet. Anti. contra dicit: hypoteto subduco vel suffero: quasi contraria subductio. ¶ Antithetō dici pōt a nostris ꝯtrariū vel cōtrapositū: nā figura est quā ꝯtraria ꝯtrarijs opponunt. vt patuit ꝑ exēpla: antitheton ꝯtrapositū vel cōtentio dr: vt Fab. ix. docet. Sed non vno fit modo: nam τ fit si singula singulis opponunt: vt vicit pudorē libido: timorē audacia: τ bina: binis: vt non nostri ingenij est vestri auxiliū. est τ sentētie sententijs. dominicē in cōcionibus: iaceat in medicis. Cui commodissime iubiungitur ea species que distinctio dicitur. Odit populus romanus priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit. ¶ Idiophasis venit ab idios grece latine ꝓprius: τ phasis id est fama vel dictio. ¶ Allophilos dici pōt alienigena. nā cōponit ex alleo qđ est aliū: τ philō qđ est genus: gēs: natio. Brachilogia dr a nōie breuiloquiū: nā a brachi qđ est breue cōponit τ logia locutio. Brachilocus aūt breuiloquus. Fit aūt Fabio teste lib. vij. cū plura paucis cōplectimur. vt Cl. ꝯ cōcionē Metelli teste eodē li. ix. q̄ indicabant: eos vocari custodiri: ad senatū adduci iussit. Idem hoc genus dr etiā asintheton eodē authore. ¶ Erothema vł erotyma iterrogatio dr erotao iterrogo. ¶ Epherexegesis vel expeexgesis interpretat expositio ab epi ꝓpōe τ exegesis interpretatio expositio: exegeome aūt expono. ¶ Apostrophe dicit a Fabio li. ix. aduersus sermo siue aduersio: est aūt figura locutiōis cū ad aliquā ꝑsonā ꝑsonā fit cōuersio: vt te nūc alloquor Aphricane. apostropho aūt aduerto significat. ¶ Synthesis dici pōt ꝯpositio. Fit aūt cū singulare nomen collectiuū verbo plurali cōponitur: vt populus clamāt. ¶ Prosopopeia dicit ꝑsone fictio: vt Fab. in. ix. scribit. Componit aūt a ꝓsopon qđ est ꝑsona τ peio facio vel fingo Figura est vel qñ inaīatū ad aīatū loquit. vt patuit i exēplo: vel aīatū ad inaīatū: vt hora. Quid

Antiptosis. Endiadis. Liptote. Chronographia. Topographia. Cosmagraphia. Antipophora. Antithetō. Idiophasis. Allophilos. Brachilogia. Erothema. Epherexegesis. Apostrophe. Synthesis quid sit. Prosopopeia.

Euphonia. Allotheta. amplius o mare et o terra ardeo. Vel quia etiam ad inalatum id est quod inalatum loquuntur: vt apud Metha. li. ii. terra ad numina loquutur et flumina. ¶ Euphonia transfertur a Prisciano bona sonoritas: a Quin. autem vocalitas. Ab aliquibus bona vox. ¶ Alleotheta dici potest latine aliter posita. alleos enim est aliter: et theta posita. Pris. vero li. vii. interpretatur alleotheta variationem. allocos enim diuersus ac varius dicitur: allocoo permuto. alleosis permutatio. Confundit autem numerum: vt pars in frusta secant. Casus vero: mihi quecunque hoc regnum pro hoc regnum. Item: vrbem quam statuo vestra est pro vrbs. Genus. Vir. i. buc.

Euphonia bonus sonus est vt dictio pulchra.
Tytidea pro tydides sic aptius aiunt.
Confundit numerum casus genus alleotheta:
Siue alleosis que permutatio fertur.
Altior est sensus quoties quam quem tibi verba
Declarant: vel quam dicis plus significatur.
Aut etiam quod non dicis scito Emphasin esse.
Quum plures voces vno accentu legis/isto
Lector: hyphen: etenim vel quamquidem manifestant.
Epanodos grece est regressio quippe latine.
Hic par est vobis: non par mihi Julius arte.
Alterius iuxta formas aliquid reperitur
Descriptum quoties, catatyposis vocitatur.
Omnia Mercurio similis vocemque/coloremque/
Et crines flauos/et membra decora iuuente.
Si qua per excellens posuere catatecroche habetur/
Pro astuto sapiens fit paradyastole dictus.
Dic ego Paulus amo euocatio dicitur esse:
Tu Cicero curris.
Est appositio coniunctio quippe duorum
Substantiuorum declarant seque vicissim.
Miratur molem Eneas magalia quondam.
Syllepsis siue et conceptio tripliciter fit.
Et genere et numero et persona: indignius autem
Hic deducendum est ad dignius optime lector.

Dulce satis humor depulsis arbutus hedis. Lenta salix feto pecori: mihi solus amint. vero ad dulce enim quod est neutri generis tam feminina quam masculina reddidit.

Emphasis. ¶ Altior est sensus. Emphasis (ait in octauo Fabi.) altiorem prebet intellectum quam quem per verba ipsa declarant. Eius due sunt species: altera que plus significat quam dicit: altera que etiam id quod non dicit ponit: vt apud Home. cum menelaum et graios in equum descendisse ait. non verbo vno magnitudinem rei ostendit. Et apud Vir. demissum lapsi per funem. Nam sic quod magnitudo demonstrata est. Item cyclopa cum iacuisse dicit prodigiosum illud corpus spacio loci mensus est sequens positum est. in voce aut omnino suppressa: aut etiam abscissa supprimit vox: vt fecit pro ligario Ci. quod si in tanta fortuna bonitas tanta non esset: quam tu per te inquam obtineo. intelligo quid loquor. Tacuit enim illud quod nihilominus accipimus non deesse homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Vir. i. geor. Emphasim fecit authore Seruio. Dicit enim quum iam glandes atque arbuta sacre deficerent silue: et victum dodona negaret. significat enim etiam id quod non dicit hoc non est solum alte sed etiam sacre: namque hec sterilitas aliarum denotat infecunditatem. Emphasis autem dicitur significatio: demonstratio emphasis ex emphaseno manifesto. Emphanizo declaro demonstro.

Hyphen. ¶ Hyphen dici potest subunio: hypo enim sub: et hen vnum significat. Et tunc fit quum plures dictiones sub vno accentu leguntur vt quandoquidem et similia. Est autem accentus. i. virgula ab vltima litera prime dictionis ad primam sequentis subducta: vt theologos.

Epanodos. ¶ Epanodos grece dicitur: nostri regressionem dicunt: vt Fabius li. ix. Nec solum in eodem sensu: sed etiam in diuerso eadem verba: vt principum dignitas est pene par non par fortasse eorum qui sequebantur. Idem. magnus est labor dicendi: magna est res. epanodos fit ex epi et ana que duo simul etiam et iterum siue retro indicant: et hodos via quasi retro viam. i. regressionem inducens: vt principatus bonus est: non bonus autem qui in tyrannidem permutatur.

Catatyposis. ¶ Catatyposis dici potest secundum vel iuxta figuram. Cata enim secundum et typos figura dicitur. Typosis formatio impressio: dicitur autem tropus quum aliquid iuxta alterius formam describit: vt Vir. iiii. Omnia mercurio similis etc.

Catatherochoe. Paradyastole. Euocatio. Appositio. ¶ Catatecroche dici potest per excellentiam vt Ver. in geor. boues per excellentiam nominauit quum dixit que cura boum qui cultus habendo sit pecori. ibidem et victum dodona negaret. Cata hic per significat. exoche eminentia vel excellentia dicitur. exochos egregius excellens. ¶ Paradyastole fit teste Fabio lib. ix. quum te pro astuto sapientem appellas: pro confidente fortem: componitur autem ex para. i. iuxta et dyastole dilatatio. Nam tunc hec fieri dicimus quum rem nostram interpretatione dilatamus: sic prodigum dicimus liberalem temerarium fortem et similia. ¶ Euocatio est immediata reductio tertie persone ad primam vel secundam personam: vt ego Antonius scribo. tu Socrates curris. ¶ Appositio est continua coniunctio duorum substantiuorum quorum alterum declarat alterum. vt proximus ille precor troiane gloria gentis. Requiruntur autem in appositione duo substantiua in eodem casu.

Syllepsis seu conceptio triplex. ¶ Conceptio seu syllepsis est adductio indignioris ad dignius. Fit autem tribus modis. genere: numero et persona. genere: vt masculinum concipiat femininum et neutrum: femininum vero concipiat neutrum. vt Quintilianus et Martha sunt mei. Pyrrhus et hoc animal sunt tui. Martha et hoc animal sunt nostre. Enea. i. Hic erat hic leges et plebiscita coacte. Masculinum quando fiat genus dignius est feminino et neutro. Numero: vt pluralis numerus concipiat singularem: vel singularis dictio plurali verbo redditur. hoc enim schema late patet: vt Donatus ait. vt discipuli et preceptor legunt: vel discipuli cum preceptore legunt: iste et ille gaudent. Persona vt prima concipiat secundam et tertiam. Priscianus author est libro secundo et xvii. Prima enim dignior est secunda et tertia: secunda vero dignior est tertia: dic ergo ego et tu legimus: ego et ille scribimus. ego et vos et illi facimus. tu et ille scribitis.

¶ Idem Mancinellus ad lectorem.

¶ Apollodorus vt tradit Celsus authore Fabio incomprehensibilis partis huius precepta existimauit. Itaque si omnia minime prosecutus fuerim quid mirum cum res sit quodammodo infinita. Illud tamen preterea neminem de figuris extare hodie nullum opusculum: quod quidem ita plene dilucideque precipiat vt hoc nostrum. Conferentibus res ipsa ostendet.

¶ Finit carmen de figuris.

¶ Tractatus de orthographia.

Orthographia qd sit.

Orthographiam (qui latine interpretantur) recte scribendi scientiam appellant: ea (ut author est Quintilia.) consuetudini seruit: atqz idcirco sepe mutata: consuetudo autem illa demum est intelligenda: que doctissimorum virorum vsu comprobatur. Igitur de recta scribendi ratione tractare volentes a diffinitione litere incipiemus.

Lra qd sit.

¶ Lra est minima pars vocis composite.i.que constat ex compositione lrarum. vel lra e vox que scribi pot indiuidua. Dicitur autem lra quasi legitera quod legendi iter prebeat: vel a lituris quod antiquiores in ceratis tabulis scribere solebant et deinde delere.

Lre ab elementis .n. q differut.

¶ Lras ab elementis hoc distare putat Priscia. qd elementa proprie dicuntur pronunciationes: note aut earum et lineamenta voces representantia lre appellantur. Dicta sunt elementa ad similitudinem elementorum mundi: nam sicut illa coeuntia omne corpus perficiunt: sic litere coniuncte literalem vocem quasi corpus quoddam componunt.

Dfie vocis quatuor.

¶ Vocis differentie quatuor sunt. articulata que ab aliquo sensu mentis profertur: vt domin' dixit. Inarticulata que a nullo sensu mentis proficiscitur: vt strepitus. Quedam articulatarum scribi pnt: vt arma. qdaz scribi non pnt vt hoim gemitus. Inarticulatorum qdam scribi possunt: vt ranarum coax: et coruorum cra: quedam scribi non possunt vt philomene atqz irundinis cant'.

Cadm' agenoris filius sedecim grecas lras in uenit. Nicostrata que et carmentis euandri mr qs latinas lras et qs inuenit.

Principio greci sedecim tantum habuere literas quas ex phoenicia cadmum agenoris filium cum sororem raptam inuestigaret in greciam aduenisse volunt. Eas postea latini a nicostrata euandri matre eadem pene figura receperunt: quo tempore consilio ex arcadia in Italiam commigrauit. He fuerunt apud grecos hoc ordine: que sunt apud nos: a b. c d e g i l m n o p r s t y. Sz greci ad antiquas paulatim octo literas addiderunt: nam cum prius habuissent vocales tm quinqz dicronas.i. que produci et breuiari possent duas addi placuit η et ω: quas fecerunt semper longas et ex prioribus ε et ο semp breues esse voluerunt. Postea vero circa belli troiani tpa. Palamedes: vt author est Seruius triu consonantium que proprie aspirari pnt figuras adinuenit. Nam qr lre aspiratio non coheret: sed quadam extrinsecus sonat cum illa nullam aspirationis figuram illi dederunt. Deinde Simonides poeta ... lra .. addidit in lingue scripture qz ornamentum. Ex qb' sex nullam suscepim'. nam p ... vtimur e longo. p ... mega: o longo: p ... th: p ... ph: p ... ch: p ... ps: At vero quemadmodum f quod erat digama eolicum i nostrum vsum asciuerimus ala differem'. Postha ca nris authorib' q lra est excogitata: q tamet si eiusdem videtur esse soni cum c ea tm nostri authores in illis dictionibus optasse visi sunt in qbus cingulor sonus exigitur qz per c literam preclari possit. Post has nonnulli ex nostris κ in eadem forma qua est apud grecos supuacue assumpserunt: cu l e:' locum et successerit. Preter has qzqz cum greci ξ literam vltimo adinuenerint: p nostrarum dictionum maxima commoditate illaz sub hac forma suscepimus x. hoc solam differentes qd illi appellant xi: nos vo literis inuer sis ix nuncupam'. Postremo ypsilon et z assumpsimus que nobis in ita dictionibus grecis deseruirent. h. vo que non est litera: sed adspirationis signum: illam tamen nostri in ordine literarum post g posuerunt.

Ypsilon qd nos y grecum dicim' et z in dictionibus tm grecis vtimur.

¶ Claudius quoqz cesar superior duo antisigma adiecit sub hac figura ꟻ ꟻ voluitqz illam eius litere vim possidere: que a grecis dicitur psi. Scribebant eqz suo seculo hac literatura alumnis tacitus. Sed hec litera a posteris non est recepta.

Duas et viginti lras hnt latini: et i qt diuidatur partes.

Sunt due et viginti lre sunt. I vsu apud latinos. A b c d e f g i k l m n o p q r s t v x y z. Quarum sex sunt: vocales. a e i o u ypsilon: sedecim consonantes b c d f g k l m n p q r s t x z vocales dicte sunt quia per se voces perficiunt: et sine his vox litere proferri non potest. Consonantes vero dicuntur: quia nisi vocales feriant per se nullum sonum habent.

¶ Consonantium rursus septem sunt semiuocales l m n r s x z. Nouem mute. b c d f g k p q t. Dicte sunt semiuocales: qr quantum in sonoritate vincuntur a vocalibus: tm superant mutas. Vnde etiam mute dicuntur non qd partes vocis non sint. sed qr ad comparationem vocalium et semiuocalium ita sint nominate.

Ols greca dictio aut i vocalem aut semiuocalem desinit.

Obseruatum e etiam a grecis vt omnes dictiones aut in vocales aut in semiuocales desinant apud nos ex maxima parte: non tamen oes q inueniunt quedam l mutas etiam desinentes. Semiuocales ab e incipiunt et in se sas desinunt preter x que sola vt diximus ab i incipit per apostrophe greci nola xi. Mute vero a sei psis incipientes in vocalem desinunt preter f que ipsa a quibusdam inter semiuocales annumerata est: et quondam nobis pro digama eolico deseruiebat.

¶ Ex his que sunt a nobis et de literis et de literarum figuris commemorata oritur illa Quintiliani questio: desint ne aliqe lre latinis: et an sint aliq superflue? Nam vt dixim'. k et q penit' ociose sunt et h non omnino necessarie: y et z grecarum tantum dictionum causa nostris pmixte. Quedam qz rursum deficiunt vel due maxime figure: q p i et u consonantib' poni deberent.

Ordo litere accidit.

Preter figuram et vim accidit litere ordo. Nam in eadem syllaba a et o semper preponuntur: i et u semp postponuntur. E vero quandoqz preponitur: qnqz postponitur: vt ae oe au e i eu. Vocales plures qz tres consonantes in eadem syllaba non possunt precedere: neqz rursus nisi tres succedere: vt strepo stirps. Quod si tres consonantes vocalem precedant non pnt nisi due subsequi: vt monstrans. Et econtrario si consonantes tres vocalem sequuntur non possunt nisi due precedere: vt stirps. At vo complures consonantes in eadem syllaba ordinam': aliq semper alijs pponunt vt b f g p. aliq semp subsequunt: vt l n r x quedam modo preponuntur: modo postponuntur vt c d m s t.

¶ B ante d in eadem syllaba poni potest: vt abderabdellium. Ante l vt blandior bibla. Ante r vt bromius vmbra.

¶ C ante l in eadem syllaba poni potest: vt clarus: ante m. vt piracmon: ante n vt cneus. ante r vt crassus. ante t vt ctesiphon: lectus.

¶ D ante l in eadem syllaba poni potest: vt abdas fluui'. Ante m: vt admetus: ante n vt cidnus: ante r vt draco.

¶ F ante l in eadem syllaba collocatur: vt fluuius: ante r vt frango.

¶ G ante l in eadem syllaba ponitur: vt gladi'. ante m. vt agmen: ante n: vt gnetus.

¶ L ante nullam consonantem in eadem syllaba ponitur sed alias subsequitur.

¶ M raro ante consonantem in eadem syllaba poni potest: reperitur tamen ante n: vt amnis: olo: nam m precedentem syllabam terminare non potest sequente n nec t nisi p interposita.

¶ N nunqz ante consonantem in eadem syllaba preponitur: sed semper alias subsequitur.

¶ P ante l in eadem syllaba ponitur: vt planus: ante n: vt terapne. ante r. vt preda. ante s. vt nupsi. ante t. vt pthia.

¶ Q ante nullam consonantem ponitur: quia vt diximus semper subsequitur u.

¶ R ante nullam consonantem ponitur: sed ipsa alias subsequitur.

¶ S sequente b in eadem syllaba ponitur: vt asbutes. ante c. vt scutum: ante cr. vt asclepiades. ante ct. vt scribo. ante m. vt smaragd'. ante q. vt squallor. ante p. vt spes. ante pl. vt splendid': ante pr. vt spretus. ante t. vt castellum. ante tl. vt stlephus. ante tr. stratus.

¶ T ante l in eadem syllaba ponitur vt tlepolem'. ante m. vt tmolus. ante r. vt tragulum.

¶ X ante nullam consonantem ponitur: sed potest poni post l n r. vt calx. lanx. phalanx. arx. merx.

¶ Z ante nullam consonantem ponitur.

Regula. ¶ Si in dictiõe simplici sequẽs syllaba a vocali incipiet necesse est ꝑcedẽtẽ in vocalẽ desinere. vt pietas tua. Uerũ in dictionibus cõpositis qñq3 subtrahit ꝯsonãs: ⁊ tũc antecedens semꝑ i vocalem terminat: vt coco ex cõ et co: qñq3 nõ subtrahit: et tũc nõ est necesse sequẽtem syllabam a cõsonãte icipere: vt exãguis: exaudio. Qð si dictio simplex sit. ⁊ antecedẽs illi⁹ syllabe i cõsonãtem desinat: necesse est subseqñtẽ q3 a cõsonãte icipere vt ordo⁹ arbor. Non tñ si subsequens incipit a cõsonãte necesse est ꝑcedẽtem in consonãtem desinere: vt faber ager.

Diphthongus qd sit ⁊ quotuplex sit apud latinos et grecos sumpta. Diphthongus est duarũ vocalium vim inã i eadẽ syllaba seruãtiũ cõplexio. Diciturq3 o dis qð est bis: et phthongos son⁹: in dictionib⁹ latinis tres tñ habem⁹ diphthõgos: au: vt audio: ae vt musae: oe: vt foenũ. in dictionibus ꝟo grecis q̄ sũt i vsu apð latinos itẽ tres: eu: vt penthes ei. vt orphei. yi: vt harpyia. Nunc vero de grecis diphthongis ꝓsequimur: q̄ cũ sint duodeci de octo tantum que in sermonem latinum traduntur differemus: nam hec solum orthographie deseruiunt.

Pria latina diphthõg⁹. ¶ Prima itaq3 diphthongus fit ex a ⁊ i in q̄ vtraq3 vocalis suũ sonum ꝑdit ⁊ ꝑ e ꝓfert. Nos ꝟo dictiones grecas traducẽtes i ae diphthõgon ꝟtimus: vt eneias aeneas: megaria megera. ¶ Nõnunq̄ etiam in a ⁊ in i consonãtẽ traducim⁹: vt maia macia: eias aias. Qñq3 i a ⁊ in vocalẽ vt noio nauis. Diuidunt quoq3 poete latini hãc diphthõgõ ꝓ e diphthongo si solutas ponunt. vt aulai pro aule. pictai ꝓ picte.

Scða diphthongus. ¶ Secunda diphthongus fit ex a ⁊ ypsilon quam greci proferũt tali sono. vt si ab hac voce aue auferatur e: q̄ in latinũ sermonẽ versa in au diphthongon mutaꝛ. vt ayra aura: aygustinus augustinus: aliqñ tñ a nostris diuiditur in a vocalem ⁊ u consonãtem: vt naio nauis.

Tertia diphthõg⁹. ¶ Tertio diphthongus apud illos fit ex e et ypsilõ proferturq3 tali voce vt si ab eua auferas u transferꝛ ꝟo in eu diphthongon vt pẽteys penteus eyãgeliũ euãgeliũ. Et fere ypsilon semꝑ si mutaꝛ nõ in aliã literã q̄ in u mutaꝛ: qñq3 ꝟo hãc diphthongõ traducẽtes ypsilõ abijcimus: vt achilleys achilles perseys ꝑses: q̄q̄ nõnunq̄ perseus dicimus. Aliqñ vero abijcimus e: ⁊ retinemus u: vt feuga fuga.

Quarta diphthõg⁹. ¶ Quarta diphthõg⁹ fit ex e ⁊ iota: ꝓferturq3 vocalis i simplici: nõ tñ in aliquã diphthongon nostrã conuerti põt: sed aliqñ in simplex: vt neilos neilus. pleiades pleides. aliqñ in e ꝓductã: vt choreia chorea: spõdeios spõdeus aliqñ diuidiꝛ in e ⁊ i: vt in ea ipsa dictiõe pleiades: aliqñ ꝟo scribiꝛ a nr̃is: s3 more grecorum sol i ꝓnũciaꝛ: vt orphei: ꝓmethei. q̄nimo ⁊ antiquiores pro i longo ei scribebãt. vt arminneis celeberrimeis italie i cis ⁊ qð ego netnaij sibi ⁊ sueis. u. f ⁊ Priscianus dixit antiquiores scripsisse volo veis ꝓ vis sed q̄m i litera media est superuacue ita scribendum esse Quintilianus dicit.

Quinta diphthõg⁹. ¶ Quinta diphthongus fit ex o ⁊ i in qua i sola profertur: quã latine in oe diphthõgõ cõuertimus: vt phoib⁹ phoebus. oistros oestrus: aliqñ eisdẽ literis remanẽtib⁹ in sua vi: vt in oi ⁊ diuersas ꝟtimus: vt Troia qð grece ꝑ oi diphthongon scribiꝛ: per o vocalem ⁊ i consonantẽ diuisas scribitur eyboia euboia. aliqñ in simplex o traducim⁹: vt poicma poema. Aliqñ in u. vt phoinicos phunicus.

Sexta diphthõg⁹. ¶ Sexta diphthõgus fit ex o ⁊ ypsilon: proferturq3 sono solius u vocalis: itaq3 illã in u latinũ cõuertimus: antiquiores tñ in oe diphthongõ transferebant. vt Uergi. in. x. eñ. aggeribus moerorũ ꝓ murorum: vt poenio pro punio: nam a poena venit: ⁊ poenica pro punica.

Septima diphthõg⁹. ¶ Septima diphthongus fit ex ypsilon ⁊ iota que i lõgo sono profertur: q̄ apud latinos eodem modo scribitur ⁊ pronunciatur: vt harpyia orityia.

Octaua diphthõg⁹. ¶ Octaua diphthongus ex omega ⁊ i latino con-

stat. proferturq3 sono tñ o in greco sermone: in latino vero in oe diphthongon cõuertitur: vt tragoidia tragoedia: comoidia comoedia: aliqñ in o solũ mutatur: vt proiodia: psalmodia.

Ad prepositio in cõpositione quãdo integra manet ⁊ qñ non. Ad prepositio cõposita cũ dictiõib⁹ incipiẽtib⁹ a c f g n r s t trãsit in ipsas: vt curro: accurro: facio: afficio: grauo: aggrauo: ledo alludo: nuo: annuo: pono appono: rapio arripio: sumo assumo: tãgo attingo. Sequẽti ꝟo q lr̃a mutaꝛ in c: vt quiesco acquiesco: q̄ro acquiro. Scribimus quoq3 antiquitatẽ secuti adfui pro affui. Cũ dictionibus vero incipientibus ab alijs literis integra manet: vt amo adamo: eo adeo: ago adigo: oro adoro: vro aduro: iuuo adiuuo: voco aduoco: bibo adbibo: duco adduco: mitto admitto. Cum incipiẽtibus vero a gn sc sp abijcimus d: vt gnatus agnatus: scando ascendo: spiro aspiro.

Ob prepõ. ¶ Ob prepositio cum dictionibus incipientibus a c f p transit in ipsas: vt curro ocurro: facio officio: gãnio oggãnio: pono oppono. Quãdoq3 tñ sequẽti c interponim⁹ s: vt curr⁹ obscurus: oleo obsoleo cenum obscenum. aliis vero integra manet: vt audio obedio: eo obeo: obitus obãbio: obijcio: obuerto: duco obduco: ligo obligo: nitor obnitor: repo obrepo: strepo obstrepo: teneo obtineo. q̄q̄ Quintilianus dicit suauius sonare ꝑ ante t q̄ b: vt obticeo obturo. Cum incipientibus ab m omnino obijcitur b: vt mitto omitto.

Per prepõ. ¶ Per prepositio in compositiõe semper manet integra: nisi q̄ antiquiores sequente l ipsam in l mutabant vt luceo pelluceo: lego pellego.

Circũ ꝑpõ. ¶ Circum prepositio si componatur cum dictione incipiente a vocali scribitur m: sed non proferꝛ: vt circũago circũeo. Cum incipienti vero ab c d f q m conuertitur in n: vt fero circunfero: cẽdo circũcido: do circundo: quero circunquero.

Trans. ¶ Trans ꝑposita cũ dictione incipiente ab i consonante d n abijciunꝛ n s: vt iacio traijcio: do trado: no trano: q̄q̄ Cicero secutus antiquitatem q̄ in cõpositione prepositiones integras ponebant trãsnatare dicit. Alis vero integra manet.

Ab prepõ. ¶ Ab ꝑpositio cũ dictionib⁹ incipientibus a c t semper recipit s: vt abscõdo: abscindo abstineo abstraho: cũ incipientib⁹ ab r aliqñ transit in ipsam: vt rapio arripio. qñq3 manet integra vt rogo abrogo. cũ incipiẽtib⁹ a b g m p x z nõ componiꝛ. Alis vero integra manet: vt duco abduco: fui abfui: lauo abluo: nego abnego: sumo: absumo. Dicimus tamen ex ab ⁊ fugio aufugio: ex ab ⁊ fero aufero.

Ex prepõ. ¶ Ex ꝑpositio cum dictione incipiẽte ab f transit in ipsam: vt facio efficio. Cum incipiẽtibus vero a b d g l m n r u consonante oĩno abijcitur: vt bibo: ebibo: do edo: gero egero: ledo elido: maneo emineo: nitor enitor: ruo eruo: vomo euomo. Alis vero integra manet: vt audio exaudio: edo exedo: existimo: exoletus: exuro: excelsus expressus: exquiro.

Sub prepõ. ¶ Sub ꝑpositio cũ dictiõibus incipiẽtibus a c f g m p: tũc b illi⁹ trãsit in ipsas: vt curro succurro: facio sufficio: gero suggero: mergo submergo: pono suppono. Cũ incipientib⁹ ab r qñq3 transit in ipsam: vt rapio surripio. qñq3 manet integra: vt ruo subruo. Alis ꝟo integra manet: vt agito subagito: eo subeo: subigo suboleo: suburbiũ subiungo: subuenio: subibo subduco: sublimis: subnitor: subsideo: subtraho.

In prepõ. ¶ In ꝑpositio cũ dictiõibus incipientibus a b m p transit in m: vt bibo imbibo: mitto immitto: pono impono: nã nunq̄ põt ꝑcedere b m p sicut nec põt esse m ante c d f q r. cum incipiẽtibus ab l r transit in ipsas: vt ledo illido: rideo irrideo. Alis vero integra manet: vt inamenus: inero: inimicus: inops: inuro: inũcio: inuado: incido: indignus: infirmus: ingemisco: innuo: inquiro: insideo: incendo.

Cõ prepõ ⁊ inseꝑabilis. ¶ Cõ ꝑpositio inseparabilis si cõponaꝛ cum dictione incipiẽte a vocali aspirata: aut nõ aspirata semꝑ

obijcitur

abijcit n. vt alo coalo. hereo cohereo. emo coemo: cohibeo: coortus: dicimus a cū et edo cōedo. Cū incipientib⁹ ab m p. tūc n transit in m. vt combibo: committo compono. Cum incipientibus vero ab l r. transit in ipsas: vt ledo collido: rodo corrodo. Alias vero integra manet: vt cōcinis conduco conficio congero connitor conquiro consentio contineo conijcio conniuō.

Dis preposito inseparabilis quā cōponitur cū dictionibus incipientibus a c p s t i cōsonante, integra manet: vt curro discurro: puto disputo: suadeo dissuadeo. Cum incipientibus ab f transit in ipsam: vt fero differo. Cum alijs vero cōsonantibus di cōponitur. vt diduco: degero: diluo: diminuo: dinumero: dirripio diuerto.

Re in cōpositione cū dictionibus incipientibus a vocali recipit d: vt adamo redamo: eo redeo. scribimus tamē retuli a refero: repuli a repello: repperit a reperio. alias integra manet. Cetere prepositiones integre fere veniūt ad compositionem: vt predico preduco subterfugio pretereo pretereo labor antepono.

Mnis dictio greca in latinum sermonē traducta per ph nunq̄ per f scribenda est: vt philosophus: phistula. quedam tamē longo vsu per f iam scribuntur: vt fama: fucus: fero: fur.

Ypsilon in nulla dictione latina scribitur: neq̄ dictiones grecas inchoare potest: nisi precedat aspiratio: vt hydra hymen.

Nulla dictio latina habet consonantem aspiratam: preter sepulchrum: pulcher: inchoo. quidam scribūt incoho.

Dictiones grece semper aspirantur in principio dictionis: vt rhetor: rhadamanthus: rhodope. si vero in medio dictionis geminant r vltimum aspiratur: vt myrrha.

P litera non potest collocari inter m et n. vt qd̄ quidam scribūt sompnus pro somnus: dampnum pro damnum.

Genitiu⁹ et datiuus et nominatiuus et vocatiuus p̄ime declinationis in ae diphthongon desinunt.

Pre prepositio in compositione et appositione semper per ae diphthongon scribitur: vt pre timore: preficio.

T litera sequenti cum altera vocali transit in sonum c idq̄ apud latinos: nam greci hanc regulam non sequūtur: neq̄ nos sequimur in quibusdam propter sonoritatem.

Diminutiua in ellus ella ellum: vt tenellus tenella tenellum. et in illus illa illum. vt tantillus tantilla tantillū l geminant.

Diminutiua in vllus a. um. quedam geminant l: vt tistullus: fabullus: catullus: nullus: vllus. quedam non geminant. vt tantulus catulus.

In illimus et rimus superlatiua geminant l et r. vt agillimus et tenerrimus.

Syn prepositio greca cū ypsilō scribitur atq̄ omnes dictiones que cum ea componūtur: vt synodus syllaba symbolus.

Cata p̄positio greca sine th aspirato scribitur: vnde catalogus catarrus. Ac vero si sequatur dictio incipiens a vocali aspirata abiecta: tā finali aspiratur ipsum: vt catholicus: quod ex holo et cata componitur: est autē holon totum.

Meta preposītio greca cum t exili scribitur vnde metaphora: metaphysica: methodus vero per th scribitur: q̄ ex metha et hodo. i. via componitur.

Epi prepositio greca cum compositis sine aspiratione scribitur: vt ephitaphium: episcopus: epistola. Cū vero dictio sequens a vocali aspirata incipitur: tunc p aspiratur: vt ephorus ephebus.

Peri prepositio greca sine aspiratione cum cōpositis scribitur: vt periphrasis periodus periodes.

Apo prepositio greca per vnicū p sine aspiratione scribitur vt apophorismus apotheca apodixis.

hypo prepositio greca cum y greco aspirato scribit: vt hyperbole hyperborei hypernicstra.

hyper prepositio greca cū ypsilon aspirato et p vnico scribitur: vt hypothesis hypocrisis hypotheca.

Anti cum t exili latino scribitur: vnde antidotū: antithesis.

Dia prepositio greca per i latinum scribitur: vt diabolus: dialectica.

Archos dictio grece. i. princeps per ch scribitur: vnde architectus: archangelus.

hippos dictio greca. i. equus per i latinum aspiratum et duplex pp scribitur: vnde dicitur hippolytus: hippocrates.

Poly dictio greca cū ypsilon scribit et designat apud nos multum: vnde dicitur polydorus: polycrates.

Physis dictio greca per ph et ypsilon scribit: et significat apud nos naturam: vnde physica: physionomia.

Philos per ph et i latinum: scribitur et significat latine amorem: vt philippus.

Chir per ch scribitur. significatq̄ apud nos manum: vnde chirurgus.

Theos per th significat apud nos deum: vnde cōponitur theophrastus.

Theoro quoq̄ per th scribitur: idem est quod speculor latine. vnde est theorica.

Pyr per ypsilon scribitur: significatq̄ apud nos ignē: vnde est pyra. i. rogus pyramus pyrrhus.

Chrysos per ch et ypsilon. i. aurum: vnde est chrysostomus. i. os aureum: chrysippus.

Argyros per ypsilon apud nos est argētum: vnde dicimus phylargyros. i. argenti cupidus: litargyron.

Sthenos per th apud nos significat valentiam: vnde fit demosthenes antisthenes.

Cleos grece latine gloria: vt aristocles.

Cratos grece apud nos est robur: vnde est hippocrates: mellicratum.

Aristos latine est optimus: vnde aristoteles.

Mache per ph significat latine pugnam: vt machera andromache.

Nicos est victoria: vt nicolaus.

Lycos per y grecū latine lupus: vnde lycissa: lycaō. lycomedes.

Agathos per th latine est bonum: vt agatha.

Protos sine aspiratione: vt protogenes.

Finis.

Differentie excerpte ex Laurētio Valla: Nonio Marcello: et Seruio honorato: ab Anto. Nebrissensi.

De litera A.

Abstinentia est a rebus alienis cohibitio.
Continentia est tantum a proprijs voluptatibus.
Abdico filium viuens a bonis expello.
Exheredo filium: id est testamēto a bonis prohibeo.
Acus est qua sarcinatores vestes sarciunt.
Acicula vero qua mulieres vtuntur ad ornatum.
Abhorreo ab omni humanitate. i. alienus sum.
Exhorreo inimicos. i. illos pertimesco.
Accessus est aditio siue appropinquatio.
Accessio est adiectio siue crementum.
Actio causarum recte dicitur et actus.
Actus comediarum recte dicitur et non actio.
Acta et actus sunt rerum priuatarum et familiarium.
Gesta sunt rerum publicarum et magistratuum.
Actor est causidicus et alicuius rei representator.
Auctor est vt ita loquar alicuius rei factor.
Acini sunt grana in vnum racemum coeuntia.
Bacce vero cum sint parua poma dispersiue nascuntur.
Aceruus est minutarum rerum congeries: vt salis.
Strues est proprie lignorum compositorum.
Strages est cadauerum iacentium multitudo.
Sarcina e. vtensilium que ad cultum pertinent.
Accola est qui iuxta locum habitat: vt accola ponti.
Incola est qui in loco habitat: vt incola montis.
Inquilinus est qui in aliena domo vel agro habitat.
Accusare est ostendere aliquem peccauisse.
Incusare vero est mores alicuius reprehendere.

Excusare excusationem accusanti facere.
Adeo pro intantum sequenti particula vt.
Adeo pro valde non sequenti particula vt.
Aduocatus est qui alteri adest vt cunq; illi faueat.
Patronus est qui agit causam maxime accusati.
Cliens vero est cuius a causa patrono defenditur.
Adorare fit etiam sine verbis cum genuum plicatione.
Supplicare sine genuum plicatione sola voce.
Addicere est in auctione aliquid vendere.
Liceri ⁊ licitari est precium in auctione facere.
Adsum: id est presens: vel prope sum.
Adsum tibi. i. studeo ⁊ patrocinor tibi.
Aduersor tibi. i. contrarius tibi sum.
Auersor te. i. vultum auerto a te quem detestor.
Aduerto oculos. i. aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos. i. aliunde oculos conuerto.
Admoueo manum vulneri. i. appono ⁊ applico.
Amoueo manum a vulnere. i. remoueo.
Ad votum mihi euenit. i. vt ego optabam.
Ex sententia mihi euenit. i. vt ego intelligebam.
Adulterium est quod in nuptam committitur.
Stuprum est coitus contra legem violentus.
Edes in singulari ⁊ plurali est templum: ⁊ semper additur cuius.
Edes in plurali domum profanam significat.
Estimare est taxare: quod dicunt appreciare.
Existimare est considerare. Existimare iudicare.
Equalis est equus ⁊ coetaneus.
Equabilis est equalis in priori significatione.
Edilis est qui edilitatem administrat.
Edilitius vero qui edilitate perfunctus est.
Affectus siue affectio est in animo quod mens non est.
Mens vero siue ratio in animo est qd affectus non est.
Afficio te iniuria. i. facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio. i. facio tibi beneficium.
Agitur mecum preclare. i. bona conditione sum.
Agitur mecum male. i. malo statu sum.
Actum est semper in malam partem accipitur.
Agere gratias est verbis gratitudinem ostendere.
Habere gratiam vel gratias est in animo.
Referre gratiam est rei beneficium dissoluere.
Aguntur animalia a sessoribus ⁊ instigatoribus.
Ducuntur illa que sponte ducem sequuntur.
Trahuntur que per vim ⁊ reptando portantur.
Portare est ferre ⁊ suo corpore baiulare.
Vehi est equo naui curru ⁊ similibus.
Agere preter alias significationes est rerũ immanentiũ.
Facere est rerum in materiam exteriorem exeuntium.
Age aduerbium cum singulari iungitur.
Agite cum plurali: agedum cum singulari ⁊ plurali.
Ager modo est territorium vrbi circumiectum.
Ager etiam est locus quem ruri colimus.
Aruum est quod frumento seritur ab arando.
Fundus est agri pars vt vinea oliuetum pratum.
Predium est possessio rustica siue vrbana.
Campus est planicies terre ampla ⁊ grandis.
Area est planicies angustior in agro vel vrbe.
Aliquantisper ⁊ paulisper ad breue tempus pertinet.
Tantisper pro intantũ postulat adiũgi dum pro donec.
Alter de duobus dicitur: aut de secundo loco.
Alius de pluribus dicitur ⁊ quandoq; pro diuersis.
Albani ex oppido alba in latio dicuntur.
Albanenses ex oppido alba ad fuscinum lacum.
Alumnus non qui alit: sed tantum qui alitur.
Ambitio in animo est eius qui cupit honores.
Ambitus in actu eius qui pecunijs honorem habuit.
Amor ad omnes res pertinet: vt amor viri ⁊ vxoris.
Charitas ad homines tantum pertinet.
Caritas est penuria: quam indocti caristiam dicunt.
Amare est cum effectu ⁊ vehementissime.
Diligere est cum ratione ⁊ remissius.
Redamare est amatorie aliquid amare.
Amicus honesta res est: vnde amica.
Amica si ad virum referatur: inhonesta res est.
Amator qui modo amatorio amat.

An particula coniunctio est per quam interrogamus.
Aut coniunctio quoq; est: sed per eã non interrogamus.
Annuum tempus quod per anni spacium durat.
Annuũ festum quod semel in anno contingit.
Ante hac legi. i. ante hoc tempus legi.
Posthac legam. i. post hoc tempus legam.
Antiqui dicuntur ⁊ senes ⁊ veteres.
Senes dicuntur quantum ad ipsorum vitam priuatam.
Veteres dicuntur quod alia etate vixerunt.
Appeto cum affectu qualiacunq; illa sint.
Expeto tantum honesta vt virtutes.
Apparare ad pompam tantum pertinet.
Preparare vero est aliquid ante parare.
Apud me est liber personam ⁊ locum significat.
Penes me est liber personam ⁊ dominium.
Argutus est qui est astuta quadam sollertia.
Argutus est sonorus. Argutus quoq; breuis.
Armiger est qui domino arma in prelio ministrat.
Armatus qui armis ad pugnam instructus est.
Arcere est prohibere ac vetare: vnde arx dicitur.
Abigere est a loco fugare: vnde abactores ⁊ abigei.
Assurgere alicui est in honorem illius surgere.
Surgere est quocunq; modo se erigere.
Assentari est falso laudare vtilitatis gratia.
Adulari vero est inseruire vt honorem mereamur.
Blandiri quãq; est tactus ad animum transfertur.
Adsciscere est remotum aliquid capere.
Consciscere semper fere mortem desiderat.
Desciscere est ab imperio alterius se subtrahere.
Asserere est affirmare ⁊ in libertatem vendicare.
Asseuerare est vim atq; animi motum addere.
Autem coniunctio postponitur huic negationi. Non.
Sed vero postponitur neq; tamen: sane: iam: enim: at.
Ausculto te dicimus sicut ⁊ odio te.
Ausculto tibi est obtempero tibi.
Audiens sum te tantum valet quantum: audio te.
Audiens sum tibi audio tibi. i. obediens sum.
Auis est que parit oua pennisq; predita est.
Volucris est quecunq; volat: vt auis: culex.

De litera B.

Barda vt inquit Seruius hominum est.
Barbe vero in numero plurali quadrupedũ.
Mẽtum vero est ipsa barbe pilorumq; sedes.
Benefactor est qui cuipiam benefacit.
Beneficiarius in quem beneficium collocatur.
Bene aliquando accipitur pro valde: vt bene doctus.
Male aliquando accipitur pro non: vt male sanus.
Bellum est totum tempus quo in militia sumus.
Prelium ipsum tantum armorum certamen.
Pugna etiam circa arma fit solis verbis.
Beatus est qui omnibus rebus ad vite vsum abundat.
Felix est qui omnium bonorum est compos.
Bonum genus est ad vtile iocundum ⁊ honestum.
Bonitas vero idẽ est quod benignitas.
Bractea tenuis est ⁊ sua sponte plicatilis.
Lamina vero crassior: vt ex qua arma fiunt.
Bucca pars illa est que inflatur vt in cornicine.
Mala est rotundum illud quod est supra buccam.
Gena tum oculorum tegmen est: tum maxillã significat.
Cilium est ambobus generatum: vnde supercilium.

De litera C.

Cedo cessi tibi: concedo: non repugno tibi.
Cedo cecidi te. i. percutio ⁊ occido.
Catuli sunt ferarũ que fere ex raptu viuunt.
Pulli vero sunt cicurum vt asini ⁊ eque.
Fetus generalis est: vnde fetificare ⁊ fetura.
Capitale odium quod ⁊ caput ⁊ vitam alterius petit.
Capitale vitium propter quod peccans puniatur.
Capere est sponte vel non sponte accipere.
Sumere est vltro ⁊ non sponte aliorum capere.
Captare est velle capere ⁊ insidias parare.
Candet dicit Marcellus quod ignitum est.
Candet etiam quod candidum ⁊ album est.
Causari est causam rei geste afferre.
Causare nũq; apud idoneos inuenitur.

Caupona est taberna vbi vinum venditur.
Caupona quoq mulier que vinum vendit.
Calumniari.b.Mar.est falsa crimina intendere.
Preuaricari.b.Ulpianus causas aduersarijs dare.
Ceruix singulari est posterior colli pars.
Ceruices in plurali pro superbia ponuntur.
Iugulus est anterior colli pars.
Collum omnes partes insolidū complectitur.
Celebris passiue ponitur:vt locus & homo celebris.
Frequens actiue & passiue:vt vibs & senatus frequēs.
Celebs est qui non duxit vxorem legitimam.
Maritus est qui vxorem per leges accepit.
Certum est modo accipitur pro manifestum est.
Certum est pro deliberatum est iungitur infinitiuo.
Censor est qui in administratione censure est.
Censorius est qui perfunctus est censura.
Circunstare pro eo quod est circundare.
Circunsistere est inuadere & circunuenire.
Circiter frequentiss me ad numerum refertur.
Refertur quandoq ad tempus & ad locum.
Continuo protinus Statim notum est quid sint.
Quod si additur negatio valet pro non ideo.
Commeatus in singulari est licentia ad tempus.
Commeatus in vtroq numero promisio.
Commendo te regi.i.committo te.
Commendo te apud regem.i.laudo te.
Commentarius est in quo res nude scribuntur.
Libri sunt in quos authorum opera diuiduntur.
Uolumen minus est quam liber.
Concilio amorem dicimus:sed non gratiam.
Inimus gratiam:sed non inimus amorem.
Reconciliare & in gratiam redire idem.
Conciliamus nouos amicos.
Reconciliamus veteres.
Comitari est minorum ad maiores.
Assectari est comitatum alicui prestare.
Deducere est aliquem de illius domo comitari.
Reducere est illum vsq in domum comitari.
Cenaculum est pars domus superior ad cenandum.
Cenatio est locus inferior domus ad cenandum.
Comes est qui alterius ductum sequitur vtcunq.
Socius est in negotijs ferijsq rebus.
Sodalis est in ludoribus & iocosis.
Comis est benignus & qui alijs inseruit.
Collis est monticulus separatus siue pars montis.
Iugum est:vt sic dicam ipsa montis arduitas.
Cliuus est ipsa eadem arduitas:sed clemens.
Promontorium est mons in mari prominens.
Coxa est pars supra femora vertebrūq ipsum.
Femora partem cruris exteriorem significant.
Femina partem interiorem molliorem@q.
Copia in singulari est facultas:& iungitur do & facio.
Copia quoq in singulari est abundantia.
Copie in numero plurali est exercitus.
Condictio denunciatio siue actio in personam.
Conditio vero fortunam & statum.
Corpus in nobis viuentibus est:vnde corpulentus.
Caro est cadaueris que & pulpa dicitur.
Consolor & consolatio verbis fit in alienis calamitate.
Solor et solatium rebus ipsis fit.
Solamen magis est poeticum q̄ oratorium.
Concius qui est eiusdem ciuitatis cum alio.
Conterraneus est qui eiusdem territorij.
Corporeum est existens in materia vt lapis.
Corporale existens in materia corporea:vt domus.
Complodere est manus inuicem collidere.
Explodere est cum sonitu & manibus eijcere.
Supplodere est pedem terre incutere.
Cordi est mihi ire.i.placet mihi ire.
In animo est mihi ire.i.constituo ire.
Compertum est & exploratum est mihi.i.scio.
Constitutum & deliberatum est mihi.i.decreui.
Consulo te.i.consilium peto a te:vnde est consultor.
Consulo tibi.i.consilium do a quo est consultus.
Conuenit mihi.i.decens & conueniens est.
Conuenit inter nos.i.controuersia caret.
Conflaui es alienum.i.factus sum debitor.
Dissolui es alienum.i.quod contraxi soluo.
Consternere ad corpus tantum pertinet.
Consternari ad animum cum mens turbata est.
Consul est qui in administratione consulatus est.
Consularis qui iam perfunctus est consulatu.
Crimen modo pro delicto:modo pro criminatione.
Flagitium proprie est in libidine quasi flagris dignum.
Crudus est qui egre difficulterq concoquit.
Crudus etiam qui habet aspectum trucem.
Crudum etiam est vulnus quod est recens.
Crudum etiam dicitur non coctum & immaturum.
Crepitus est sonitus violentus ex aeris impulsu.
Crepitus etiam est ventus exclusus.
Strepitus fit ex corporum & vocum collisione.
Fremitus est strepitus vehementior.
Stridor est acrior & quasi sibilans collisio.
Confero me ad catonem:non in catonem.i.eo.
Confero beneficia in catonem non ad catonem.i.do.
Cum primum coniunctio:vt cum primum veneris dabo.
Quāprimum aduerbiū est pro cito:vt quā primū dabo.
Cumani dicuntur a cumis oppido campanie.
Comenses a como oppido Gallie cisalpine.
Culpa medici perijt qui moriturus non erat.
Defectu medici perijt cui medicus non affuit.
Cum prepositio nunq̄ iungitur rei notanti instrumētū.
Cum coniunctio si refertur ad tum rei minori iungitur.
Tum vero maiori:vt cum pecunias:tum vitam.
Tum & tum inter equalia:vt tum pecunias:tū libros.
Colore vestes sunt que natiuo sunt colore.
Uersicolore que natiuum colorem mutarunt.

¶ De litera D.

Debellare est bello vincere & bello capere.
Expugnare est pugnando vincere & capere.
Propugnare est pugnādo defendere. Impugnare & oppugnare est pugnādo lacessere.
Decus est honorificētia ex rebus preclare gestis.
Decor est pulchritudo ex decentia rerum & personarū.
Desipio & desipisco est aliquid a sensu deficio.
Resipisco est ad meliorem mentem redeo.
Descendo de monte.i.de alto loco ad imum.
Descendo in certamen.i.de tuto ad periculosum.
Deuenimus in planum in vallem a loco altiori.
Deuenimus in paupertatem a maiori fortuna.
Despicio inferiores me loco & fortuna.
Suspicio superiores.i.admiror vel aspicio.
Despicere est circunspicere & prouidere.
Deligere est magis idoneū ad res agendas secernere.
Eligere vero est ex multis ad nostram vtilitatem.
Cooptare est eligere inter collegas & pares.
Declamator est qui studet apud rhetorem.
Orator est qui veras causas in iudicio agit.
Defunctus officio est qui suo officio est perfunctus.
Defunctus quoq vita qui vitaȝ finiuit.
Deturbare est violenter & deorsum deijcere.
Exturbare est eodem modo & loco deijcere.
Disturbare est dissipando diruendoq deijcere.
Deprecor supplicium.i.detestor & execror.
Deprecor veniam.i.precibus veniam precor.
Imprecor est alicui malum & infortunium precor.
Decuriones sunt q̄ denis equitibus et nobilioribus presunt.
Centuriones qui centum ex inferioribus presunt.
Depectus dicit Ulpianus qui turpiter est pactus.
Pactus est qui quomodocūq pepigit.
Decedere est ex officio abire:vnde dicitur decessor.
Succedere est in officium ire:vnde dicitur successor.
Decedere vita est ex officio vite excedere.
Depositor est qui depositum alicui credit.
Depositarius vero cui depositum creditur.
Discere est vt aliquid intelligas quod ignoras.
Ediscere vero est vt memoria complectaris.
Dediscere est quod didiceris obliuisci.
Dicere proprie est oratorum & eleganter loqui.
Dictitare ex frequenti loco & tempore dicere.

Dictare est alijs verba excipiente vt scribat dicere.
Docere discipulos notum est quid significet.
Dedocere est quod alter docuit falsum ostendere.
Dico sententiam in senatu quasi consiliarius.
Fero sententiam in foro quasi iudex.
Dicere leges est ad eos qui bello superati sunt.
Ferre leges est ad suos: vnde legum latores.
Dies pro certo die generis est masculini.
Dies pro tempore femininum: et caret plurali.
Domus quando facit domi locum significat.
Domus cum facit domus edificium et familiam.
Do literas tabellario ad aliquem perferendas.
Do literas ad amicum vt eas legat.
Dono tibi coronam notum est quid significet.
Dono te corona est premij et honoris gratia.
Do tibi fidem: idest persancte tibi iuro.
Habeo tibi fidem: hoc est credo tibi.
Dudum: id est iamdudum de breui tempore dicitur.
Nuper pridem et iampridem de longiori.
Diu et iamdiu est per longum tempus.

De litera E.

Epule sunt cibi ministerio hoim cõparati.
Epulũ sunt cibi solẽniores et cõuiuiũ pub.
Edicere est magistratuũ regũq;: vnde edictuz.
Indicere est denunciare: vt indico bellum.
Elogium est testificatio laudis vel infamie.
En nto et actõ cõiungitur: vt en priamus: en capellas.
Apud oratores exprobrãdo cũ nominatiuo vt en hõ.
Ecce apud Vergilium semper de re improuisa.
E rep. ex idest pro rep. et vtilitate reipub. est.
E regione domus mee pro ex opposito domus.
Ex tempore dixit. pro ex improuiso dixit.
Ergo et igitur breuioribus adhibentur conclusionibus.
Quare quapropter quamobrem maioribus.
Et si, quanq; in principijs poscunt indicatiuum.
Quamuis licet tametsi in alijs locis subiunctiuum.
Euctus iussus permissus in singulari quarte sunt decli.
Euenta iussa permissa in plurali secunde declinatiõis.
Excubie tam diurne quam nocturne.
Vigilie sunt tantummodo nocturne.
Exemplum est quod sequimur aut vitamus.
Exemplar est quo simile aliquid facimus.
Existit quod eminet et exurgit cum motu.
Extat quod eminet et superstat sine motu.
Exprobrare est immemorem beneficij culpare.
Imputare est citra reprehensionem id facere.
Esse presens infinitiui est: fore futuri.
Eodem modo differunt. Adesse: Affore: Profore.

De litera F.

Facio te certiorẽ non facio certũ: neq; ago.
Facio gratum: rem diuinam: damnũ: nõ ago.
Facies magis ad corp⁹ ptinet: vt facies lõga.
Vultus ad animũ refertur: vt vultus tristis.
Factio est diuisio ciuium in diuersa studia.
Seditio quum populo discordie res ad manum venit.
Fama grece idem est quod rumor latine: sz rumor est tantum de re que recens est et sine authore.
Fama vero etiam de antiqua dicitur.
Fama quoq; significat hominis celebritatem.
Fatuus est insipiens tractum a sapore ciborum.
Stolidus qui proxime ad naturam pecorum accedit.
Stultus est qui improuidens est et imprudens.
Facile scribit pro eo quod est leuiter scribit.
Facile princeps oratorum est: id est non dubie.
Fero auxilium: do auxilium: recte dicitur vtrunq;.
Do opem non dicitur: sed fero opem: vnde opitulor.
Festus dies recte dicitur: non festiuus: vnde festum.
Festiuus homo: id est iucundus: vnde et festiuitas.
Ferus homo qui animum ferinum obtinet.
Ferox homo qui animosus est ad certandum.
Fessus est fatigatus siue animo siue corpore.
Defessus et defatigatus: q amplius fatigari non põt.
Ficus fici vel ficus pro fructu et pro arbore gñis femi.
Ficus fici genere masculino pro morbo accipitur.
Filius pater mater magis ab oratoribus dicitur.
Gnatus genitor: genitrix magis sunt poetarum.
Fingere dicitur qui formas ducit ex luto.
Effingere qui ad alterius formam aliquid fingit.
Flere est lachrymas effundere in dolore.
Gemere est pre angustia in sonum erumpere.
Plorare est voce flebili dolorem suum aperire.
Plangere est percussione membrorum se affligere.
Eiulare est alta voce flere: quod est mulierum.
Vociferari est nõ mõ dolorẽ sed indignationẽ ostẽdere.
Lamentari est oratione tristi cladem testari.
Felix est qui prosperitatem recipit: vt homo felix.
Prosperum est quod felicitatẽ affert: vt sydus.
Felix etiam aliquando ab effectu dicitur.
Feneror tibi dicitur sicut mutuo tibi et promitto tibi.
Feneror abs te sicut mutuo abs te et stipulor abs te.
Fenus est prouentus ex ipso solo quod est naturale.
Fenus qd est vsura a priori significato defluit.
Vectigal ex omni predio est vel publicum vel priuatuz.
Frux est quicquid ex terre fructibus in cibum vertim⁹.
Seges est ex qua conficitur panis non demessa.
Seges etiam est terra sementi excipiende subacta.
Frondes sunt tantum arboruz.
Folia sunt etiam aliarum rerum: vt florum: herbarum.
Frui est potiri aliqua re propter seipsam.
Fungi est officium munusq; agere.
Potior cum hoc nomine res genitiuo plurali iungitur.
Potior alias cum ablatiuo significat obtinere.

De litera G.

Gestus est quedam corporis pronuntiatio.
Gestus est administratio quedam et actio.
Gemme sunt lapilli omnes preciosi pter margaritam.
Margarita est que in concha nascitur.
Vnio vero est quum magnitudinem solitam excedit.
Gratus est in aduersis: iucundus in prosperis.
Iucundus non est letus: sed qui letitiam affert.
Gratulari alicui est verbo testari se gaudere de illius felicitate.
Grataridem est quod magis est poeticum q̃ oratoriũ.
Gratificari est beneficium minori conferre.
Gratum facere est maioribus inseruire.
Graue est quod suapte natura est ponderosum.
Grauem etiam virum per translationem dicimus.
Gremium est intra complexum femineum in feminis.
Sinus est intra pectoris brachiorũq; complexum.
Sinus etiam est vestis flexus et litiorum curuitas.

De litera H.

Habeo rationẽ salutis: id est habeo respectũ.
Cõstat ratio. i. rationẽ legitimã esse, ostendo.
Habeo orationẽ dicim⁹: nõ facio orationem.
Facio sermonẽ dicimus: nõ habeo sermonẽ.
Hei semp iũgit dtõ: vt hei mihi qualis erat.
Heu accusatiuo et nominatiuo nonnunq;.
Ve semper datiuo iungitur. vt ve tibi causidice.
Histrio est qui personatus fabulas in scena agit.
Mimus qui quouis in loco gesticulationes exercet.
Hiare est aliquid sponte vel externa vi aperiri
Hiscere est tantum oris et quidem humani.
Hortus est vbi sunt olera quibus vescimur.
Horti sunt arboribus consiti voluptatis gratia.
Hospes est qui in aliena ciuitate est.
Peregrinus est qui in propria ciuitate non est.
Hic ad primã personã vel ad res prime psone pertinet.
Iste ad secundam personã vel ad res tertie persone.
Ille ad tertiam personam vel ad res tertie persone.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta.

De litera I.

Iam notũ est quid significet: vt iam venit.
Vsurpatur quoq; pro tunc: vt si sedet iaz non stat.
Interdico tibi aqua et igni: non aquam et ignem.
Interdicitur tibi a me aqua et igni: et interdicitur tibi a me aqua et ignis.
Incumbo studijs vel in studia vel ad studia.

Incumbo remis: non in remos: vel ad remos.
Intercedit mihi amor tecum: id est inter nos.
Intercesserunt tribuni: hoc est se opposuerunt.
Instituta sunt boni mores ratione sumpti.
Institutiones sunt preceptiones quibus docemur.
Indulgentia est mollis ⁊ delicata educatio.
Uenia etiam quandoq; indulgentiam significat.
Infidus est cui non est fidendum a fido fidis.
Perfidus est qui fidem violat a fides fidei.
Infensus est vehementer iratus ⁊ odium gerens.
Infestus vehementer molestus ⁊ nocens.
In diem viuo tantum. i. diei presentis rationem habeo.
In dies senesco. i. quotidie magis efficior senex.
Inhibemus rem inceptam: vt te a inhibere latini.
Prohibemus sūt rem inceptā: vt hospitio ꝓhibemur.
Inuertere est rem aliquam in contrarium vertere.
Peruertere est rem aliquam in malum vertere.
In manu mea est negotium. i. in potestate mea est.
In manibus est liber. i. inter manus meas.
Ingredior forum. i. intro in forum.
Ingredior. i. ambulo: vt si stas ingredere.
Interrogamus causa aliquid intelligendi.
Percontamur vero gratia argumentandi.
Sciscitamus (vt vox indicat) sciendi gratia.
Introcludo te. i. in interioribus claudo.
Intercludo te. i. iter tuum claudo ⁊ impedio.
Incedere est ambulare cum fastu ⁊ pompa.
Ambulare simpliciter pedibus ingredi.
Impendere est quasi supra caput in ruinam imminere.
Impendere penultima breui est quasi dare.
Perpendere est exacte ponderare ⁊ examinare.
Appendere est suspendere ⁊ ad lucem ponderare.
Inter cenandum veni. i. dum essem in cena.
Inter agendum dormio. i. dum sum in actione.
Impono tibi onus. i. iniungo tibi onus.
Impono tibi. i. decipio te: vnde impostores dicti.
Inficiari ⁊ inficias ire. i. negare sic dicitur vt
Opem ferre: ⁊ suppetias ferre: ⁊ pro auxiliari.
Indoles in pueris est signum future virtutis.
Indoles etiam in malum accipitur sed raro.
Iocus ⁊ iocari proprie ad verba tantum pertinent.
Ludus ⁊ ludere ad facta: vt ludere pila.
Iter facere est quod imperiti dicunt itinerare.
Uiam facere est vbi via non erat aperire.
Munire viam est reficere ⁊ repugnare.
Iter habere est iter aliquem esse facturum.

De litera L.

Labare aliquid est ruere ⁊ repente cadere.
Labi vero est leniter sensimq; descendere.
Lacesso prouoco quod est in certamen vocare: plerumq; in bonum: nonnunq; in malū accipitur.
Latebre hominum proprie dicuntur.
Latibula vero sunt ferarū: sed quādoq; cōfunduntur.
Legere literas: legere libros notum est quid significet.
Perlegere literas est vsq; ad finem legare.
Eodem modo differunt vigilare: peruigilare.
Negare pernegare: agere peragere: ⁊ similia.
Leges sunt aut principis: aut populi alicuius liberi.
Rogationes dicebantur: quia populus rogabatur.
Leuo ⁊ alleuo est molestiam laboremq; extenuo.
Subleuo est auxilium defensionemq; presto.
Litera in singulari est vnum elementum. vt a. b.
Litere in plurali est epistola que mittitur.
Libertus est qui de seruo liber fact⁹ est: semperq; habet relationem ab eo cuius est libertus.
Libertinus idem significat nisi quod est absolutum.
Libertas in loquendo in bonum accipitur.
Licentia vero est cum quis libertate abutitur.
Libri sunt in quod autorum opera diuiduntur.
Uolumina vero sunt minora quam libri.
Ludicrum substantiue est quodcūq; lusoriū opus: vnde
Ludicrus a. um. non vt dicit Priscia. ludicre.
Lucus est sylua non cedua deo vel homini consecrata.
Salt⁹ est sylua vbi pecudes hyemare aut estiuare solēt.
Nemora voluptatis causa constant arte siue natura.
Sylua est vbicunq; sunt arbores cedue vel incedue.
Lues est mors in homines seuiens: in pecora ⁊ agros.
Pestis est pestilentia que aut cito occidit aut cito abit.
Lubricus locus est in quo nequeas insistere.
Lubrica est anguilla: q̄ non potest retineri facile.
Lubrica etas in qua qui sunt facile labuntur.
Luce ⁊ tenebris pro die ac nocte accipim⁹: sed prima luce ac primus tenebris est principio diei ⁊ noctis: ꝓme die ⁊ prima nocte respectu secunde dicitur.
Reperitur vero luci pro luce: vesperi pro vespere: ⁊ ruri pro rure: carthagini pro carthagine: sed Serui⁹ vult hec nomina propria ponere in datiuo.

De litera M.

Male de te sentio: existimo: iudico: non errorē sententie: sed eius de quo sentimus vitium designat.
Male audio: malā famā habeo. i. infamor.
Magni parui tāti quāti in genitiuo solum iungitur cum illis verbis interest ⁊ refert: vt magni interest.
Cetera in ntō: vel aduerbialiter: vt plurimum interest.
Sex pronomina in ablēō mea: tua: sua: nostra: vestra cuia.
Malleolus est in modum mallei rostra habens aptus plantationi.
Sarmentum est arefactum quod igni reseruatur.
Palmes est cum in vite frondes vuasq; habet.
Marinum est quod in mari est vt piscis.
Maritimum est quod iuxta mare est: vt vrbs maritima.
Transmarinū est qđ trās mari est: vt bellū trāsmarinū.
Meditari preter eam significationē quā habet in promptu est etiā ad aliquid se exercere: apud Uerg. quoq; meditari est suauiter ⁊ dulce cantare.
Memoria teneo recte dicitur: non memoriter teneo.
Memoriter recito: memoriter pronuncio: non memoria.
Memoria ⁊ memoriter complector: repeto: recolo.
Memini pro recordor genitiuo ⁊ accusatiuo iungitur.
Memini pro mentionē facio genitiuo ⁊ ablatiuo cū de.
Messis tum ipsa messio est: tum seges iam matura.
Sementis est satio siue (vt ita dicam) seminatio.
Semen est quod in terram subactam iacitur.
Merere est mercede operari: ⁊ militia exerceri. vnde meritoria taberna: quo sine mercede nō est additus: ⁊ meritorius puer qui mercede prostratur libidini.
Meritoria puella non dicitur: sed meretrix: quia meret.
Mereor de te bene: id est beneficium in te cōfero.
Mereor de te male: id est mala in te confero.
Demereor amicos: id est beneficijs illos mihi obnoxios facio.
Emereor vnde est emeritus a labore cessare.
Ministerium in singulari est ministri opera.
Ministeria in plurali pro ministris accipiuntur.
Eodem modo differunt seruitium ⁊ seruitia.
Mile in singulari substantiuum est: vt Cice. mile hominum versabatur: ⁊ mile nummum expensum.
Milia vero in plurali est ab eo quod est mile.
Mille in plurali adiectiuum est: vt mille viri.
Moratus ille dicitur qui bonis moribus est preditus.
Morigera⁹ est obsequēs ⁊ obediēs a verbo morigeror.
Mollis homo in vituperationem dicitur. i. effeminatus.
Molle opus in laudem: id est fabrefactum.
Moror te ⁊ moneo te: pro expecto: sed poetice.
Moror te id est detineo te: magis oratorium est.
Maneo pro eo quod futurū est: vt quis te manet exit⁹.
Munimenta sunt munitiones castroꝝ: vt vallum: fossa.
Monumenta sunt sepulchra statue tituli litere.
Murus est ambitus vrbis vel etiam castrorum.
Paries est ambitus ille domorum quo tecta fulciūtur.
Menia ⁊ muros significant ⁊ vrbis edificia.
Mulier dicitur que corrupta est: virgo que integra: patitur tamen vtrunq; aliquando exceptionem.
Munus teste paulo dicitur quod dono mittitur.
Alio modo munus est onus: vnde immunitas dicitur.
Munus preterea est officium: vt militare munus.

De litera N.

Natalis ⁊ natale substantiue est dies natalitius: natales vero in plurali sanguinis conditionem significat.
Ne dicam substantiuo precedēte vult post se accusatiuum: vt Cice. crudelis castor ne dicam sceleratum ⁊ impium.
Secus autem sequente substantiuo: vt si dicamus.
Crudelis ne dicam sceleratus ⁊ impius castor.
Necatus generalem habet significationem.
Nectus non dicitur sine certo genere mortis.
Nedū vno mō vtimur cū vtranqꝫ sitiam vno claudim⁹ verbo: vt fundere ꝑ te sanguinē: nedū pecuniam.
Altero cum suū vtriqꝫ sententie verbū damus: vt funderem pro te sanguinē: nedū pecuniā crederē: sed affirmando quod est maioris momenti preponimus.
Negando vero contra quod est maius postponimus.
Nae cum diphthongo pro valde accipitur.
Ne producte accepta pro non. Ne correpta pro an.
Nisi quoties ponitur in principio indicatiuū postulat.
Alias vero etiam subiunctiuo iungi potest.
Nihil ad Cesaris equitatum. i. nihil ad comparationē cesaris equitatus. Terentius. nihil ad nostram hanc: id est nihil ad comparationem huius nostre.
Non me fallit: non me preterit: non me fugit: nō me capit: est non ignoro teste Quintiliano.
Nouatio inquit Paul⁹ est terra proscissa anno cessans.
Ager restibilis inquit Uarro quod restituitur.
Nunc aduerbium tempus instans significat.
Nunc etiam sine temporis significatione vsurpatur.
Cicero. plura seuenirent si ad quietem integri iremus: Nunc onusti cibo ⁊ vino: ⁊ cōfusa: ⁊ perturbata cernim⁹.
Nutare est male solidate molis ruinam minantis.
Titubare est pedibus non valentibus insistere.
Uacillare est alterno motu inconstantem esse.
Nuncius est qui nunciat ⁊ qđ nunciatur. Quod eñ dicit Seruius nuncium esse quod nunciatur: non est verum.

De litera O.

O Uocatiuo ⁊ accusatiuo iungi potest: vt o me miserum: o te felicem: aliquando supprimitur sed in re leuiori: vt hominem indoctum qui hec ignoret.
Obseruo: idest custodio: a quo verbo est obseruatio.
Obseruo: id est colo ⁊ veneror: a quo est obseruantia.
Obeo legationē. i. exequor munus ⁊ officium legatiōis.
Sic obeo mortem exequor officium mortis: ⁊ obeo non addēdo mortem: sic oppeto mortem: ⁊ oppeto: defunctus vita: ⁊ defunctus.
Obuio tibi ⁊ obuius tibi fio: obuiā me tibi fero: obuius tibi sum: obuiam tibi processi idem significant.
Obses est qui traditur imperio alterius quasi pignus.
Uas est qui sponsor alterius in capitis periculo.
Fideiussor est qui spondet in causis leuioribus.
Ocium est vacatio a labore: cuius cōtrariū est negociū.
Ocium quoqꝫ pro studio literario accipitur.
Occupare est locum tenere: vt capere: est etiam
Occupare: ante capere: quod dicunt preoccupare.
Odor notum est quid significet in vtroqꝫ numero.
Odores in plurali numero sunt odoramenta.
Officium est virtutis actio pro loco ⁊ tempore.
Officium est beneficium ⁊ obsequium in amicos.
Officium quoqꝫ est magistratuum ⁊ aliarum rerum.
Officina est vbi opera fiunt: vnde sunt opifices.
Taberna est vbi opera venduntur: vnde tabernarij.
Opera vt dicit Ulpianus est diurnum officium.
Opus est finis fructusqꝫ opere: vt opus Ouidij.
Opere precium est fructuosum ⁊ ad rem pertinens.
Orare est verbis aliquam rem petere.
Exorare est orando ⁊ precibus aliquid impetrare.
Oriundus a Roma: id est cuius maiores sunt Romani.
Ortus Rome: id est qui in vrbe Roma natus est.
Ordo est digestio ⁊ suo cuiusqꝫ rei loco dispositio.
Series rerum quedam continuata rei progressio.
Orphanus est qui caret patre presidioqꝫ paterno.
Pupillus est qui caret patre. sed tantisper dum est in ea etate cui dari consueuerunt tutores per leges.
Orbus est qui aliqua re chara priuatus est vt filijs.

De litera P.

Parasit⁹ est q̄ ventris gr̄a nil recusat ferre: ⁊ omnia loquitur ad voluptatē inuitantis eū.
Scurra est qui risum ab audiētibus captat sine differentia.
Pastio est ipsa: pascendi actio que ad pecudes pertinet.
Pastus homini competit: ⁊ potius ad animū pertinet.
Pabulum est cibus pecorum q̄ sine semine est: vt palea.
Esca hominum est: ⁊ qđ capiendis piscibus subditur.
Pasci pecudum est. ⁊ construitur cum accusatiuo.
Uesci hominum est: ⁊ construitur cum ablatiuo.
Partior idem est quod partes facio ⁊ distribuo.
Partio raro reperitur: sed impertio frequenter.
Pacificatus sum: id est pacem feci.
Pacatus sum in pace sum: vel ab armis recessi.
Placatus sum ab indignatione ad lenitatem redij.
Parem esse idem est quod sufficere alicui operi.
Par esse idem est quod esse conueniens ⁊ decens.
Paria facere est quod alibi omissum est compensare.
Patres inquit Paulus vsqꝫ ad tritauos proprie dici.
Qui supra tritauos sunt maiores debere appellari.
Minores dicit Seruius nuncupari quoties deficit nomen in posteris: sed potius dicendū est esse maiores qui nos precesserunt: minores vero qui sequuntur.
Penu continentur que ad victum priuatum pertinent.
Penarium est locus teste Uarrone, vbi penus reponitur.
Commeatus dicitur qui ad victum publicum pertinet.
Pec⁹ signat oē aīal qđ sub hoīe ex pabulo terre pascit.
Significat etiam multitudinem pecudum.
Pergamenū ab oppido Asie quod est pergamus.
Bergomenses a Bergamo Gallie cisalpine oppido.
Per in compositione cum nomine positiuo iungitur.
Quam vero superlatiuo vt perdoctus: quā doctissim⁹.
Perqꝫ vero positiuo: vt perqꝫ doctus homo.
Quam pro quantū semꝑ positiuo adiungit̄: per aliquādo in malum accipitur: vt periurus: perfidus.
Aliquando accipitur quasi per medium: vt perspicuus.
Per idem significat: sed cū alijs dictionibus iungitur quam per. vt preclarus predulcis predicues.
Perinde vult post se ac si: vt atqꝫ: vt fac perinde ac si tua res esset: vel atqꝫ tua res esset.
Proinde idem est quod ideo vel ideoqꝫ.
Subinde accipitur pro inde statim vel identidem.
Petere in bonum ⁊ in malum accipitur.
Posco est proprie rem debitam ⁊ honestam peto.
Postulo est quodāmodo requiro: vt res postulat.
Expostulo est cum querela amici officium desidero.
Flagito est vehementer ⁊ importune postulo.
Persequor in bonam partem: ⁊ in malam accipitur.
Prosequor ablatiuo iungitur: vt prosequor te oculis.
Peculium est quicquid labore nostro comparatur.
Peculatus est furtum rerū ad rempublicā pertinentiū.
Sacrilegium est furtum rerum sacrarum.
Pellex est que cum eo qui est vxoratus miscetur.
Pellaces est concubina eius qui non habet vxorem.
Pluit caret supposito: ⁊ construitur cum ablatiuo.
Ningit: tonat: serenat: ⁊ similia vtrūqꝫ respuunt.
Plura possunt esse duo: ⁊ est nomen comparatiuum.
Complura duo esse non possunt: ⁊ non est cōparatiuū.
Plerumqꝫ modo maiorē partē significat: modo nōnulli.
Porro licet eiusdē significationis sit cuius vero: hec aūt semper postponuntur: illud etiam potest preponi.
Pondo teste Phoca singulari numero caret: dicimus tamen dua tria pondo: non bina terna pondo.
Potior cū hoc noīe res i plurali genitiuo iūgit̄: cū alijs vero nominibus frequentius ablatiuo copulatur.
Potus vini: aque: lactis: ⁊ similium recte dicitur.
Potio datur egrotanti: quod grece pharmacū dicitur.
Pompa est spectaculum in prosperis rebus ⁊ aduersis.
Spectaculum vero est quod spectatur ⁊ ipsa spectatio.
Locus etiam vnde spectamus spectaculum dicitur.
Proteruus procax ⁊ petulās aliud alio magis ladescit.

tam in factis q̄ in dictis: significatq̄ quādō. lasciuiā libidinemq̄ et impudicitiam.
Presens nō modo est quod huius temporis: sȝ alterius: vt Horatius. presens in tempus omittat.
Presens quoq̄ idē est: et nō dilatus in tempus: vnde presentissimū periculum: et presentaneum remedium.
Preesse est rei administrande prepositum esse: ab hoc fit presens quod a verbi significatione recessit.
Presidere est ad opem prestandam preesse: a quo fit preses: sicut a desideo deses: et a resideo reses.
Presidium est precipuum auxilium.
Subsidium est quod in auxilium succedit.
Prestare preter eā significationē quā pre se fert significat etiā prohibere ne alicui fiat incommodum.
Pridie postridie genitiuis seruiūt: et accusatiuo: vt pridie nonarum decembrium: et pridie nonas.
Procul apud quosdam authores accusatiuo seruit: vt Curtius. procul vrbem etc.
Prius vocaui te ad tēpus referri debet.
Prior vocaui te ad personam potius refertur: estq̄ inter duos: sicut primus inter plura: vt ego prior q̄ tu veni domum: et ego primus omnium veni.
Eadem ratio est de posterior: et posterius et postremus.
Pre me fero est dicto vel facto qualem opinionē habeā quasi ipsa fronte confiteri: in eadē significatione sunt pre me duco: pre me gero
Prisca sunt que superioribus seculis fuerunt.
Pristina que fuerunt prioribus annis.
Probrum idem est quod dedecus et ignominia.
Opprobrium est aliquando facto vel frequētius dicto.
Pulsare est graui et vehementi ictu cedere.
Uerberare est cedere instrumento longo et exili.
Preuaricatores sunt qui causam aduersarijs donant.
Tergiuersatores qui in totum ab accusatiōe desistunt.

¶ De litera Q.

Quando quādoquidem idem est qđ quoniam.
Quatenus idem significabat Quin. seculo. Cic. tñ quatenus pro inquantum vtitur.
Questus in plurali pro querela a queror que reris.
Questus etiam in singulari significat lucrū nummariū: deriuaturq̄ a verbo quero queris.
Quidē vno modo accipit ad distinguendū res: qđ greci nimirū faciūt: vt alius quidem bonus: alius vero non.
Altero modo p exceptionē illius qđ affirmes: vt Quintil. torquebis quidem filium: sed fatebitur mater.
Tertio mō ponit cōpletiue nō sequēte eius aduersatiua.
Quin modo pro quinetiam siue atq̄ etiam capitur.
Quin pro vt nō desiderat subiunctiuum: vt quin adeas.
Quin pro cur non semper interrogat per indicatiuum.
Quid substantiuum est: vt quid negocij est tibi.
Quod adiectiuum: vt quod negotium est tibi.
Quisq̄ cū superlatiuo construit: vt optimus quisq̄.
Cunctus et oīs positiuo iungitur: vt cūcti sapientes. Omnes docti. At vero omnis cōparatiuo additur.
Que vero superlatiuo carēt etiam cū quisq̄ iunguntur.
Quotus quisq̄ semper interrogatiue accipitur.

¶ De litera R.

Rhegini ex oppido calabrie rhegio dicuntur.
Regienses ex Regio gall. cisalpine oppido.
Retulit Pompeius ad senatū: idest in consultationem posuit.
Refero tibi beneficium: id est confiteor me accepisse.
Rixa vt dixit Ulpianus potest esse inter duos.
Turba vero in multitudine et cetu hominum tantum.

¶ De litera S.

Saluber cibus: saluber aer est sanitatem cōferens.
Sanus hō: sanū caput sanitatem habens.
Satiare ad omnes sensus pertinet atq̄ etiā ad animum.
Saturare ad vnum gustum pertinet tantum.
Salio vnde saltus deducitur: est saltum facere.
Salto vnde saltatio fit est tripudium facere.
Scilicet: et vez idem significare vidētur qđ certe sed per amaritudinem quandam cū derisu mistam.
Recentiores vtuntur expositiue his particulis.
Sciens feci: ignorās feci. i. cū taciebam sciui me facere: et cum ignorabam sciui me ignorare.
Scienter feci: ignorāter feci. i. cum scia vel ignorātia feci.
Secundum particula notum est quid significet.
Secundum preterea accipitur pro iuxta et post.
Secundum etiam pro eo quod est pro: vt secundum me iudicatum est. i. pro me sentētia est lata.
Senecta et senectus vtraq̄ est senilis etas.
Iuuētus nō modo etas: sed multitudo iuuenum est.
Sin pro si nunq̄ in prima parte collocatur: sȝ in scđa cū precessit si igitur sin pro sed si.
Syncerus vt dicit Donatus est sine cera: vt mel simplex: sȝ potius dicendū est syncerus. i. integer et incorruptus et quasi cū cera et nulla parte fraudatum.
Situs dicit Pusca. est negligentia: sȝ potius est sordes illa et illuuies domus diu non repurgate.
Solus et vnus inter oīa adiectiua q̄ nō sunt superlatiua genitiuo plurali iungunt: vt solus oīm: vnus cunctorum.
Stare est nō ire in his q̄ sunt sine pedibus: vt nauis.
Stant q̄ recta sunt q̄diu non cadunt: vt stat turris.
Stant quedam si non eunt cū ire pñt: vt equus: homo.
Sedere in hominibus notum est quomodo fit.
Sidere est pessum ire deorsumq̄ descendere.
Sto verbū absolutū est. Sisto actiuū: vt Uerg. Siste gradum: vtrunq̄ habet supinum statum.
Stelle inquit Uarro. sunt singulares et erratice.
Sydera constant multarum cōpositione: vt aries.
Astrum est signum ex stellis coactum: quod nos dicimus sydus: que differentia non obseruatur.
Super cōtiguitatem significat: vt sedeo super lapidem.
Supra spaciū interpōnē: vt nubes pendent supra nos.
Suffragia sunt voces que dant in electiōe: vñ suffragari pro auxiliari plerunq̄ inuenitur.

¶ De litera T.

Tantū abest post se hȝ vt aut semel: vt Cic. tñ abest ab officio: vt nihil officio possit magis esse cōtrariū: aut bis: vt idem. tñ abest vt aliquam bonā gratiam q̄sisse videar: vt multas et simultates subeūdas itelligā.
Tāti et quāti et ab eis cōposita tantidē et quātiibet quātiscūq̄ totidē pluris et minoris iūgunt his verbis emo: vendo: veneo: mercor: comparo: estimo: taxo: liceor: addico: distraho: metior: cōduco: loco: feneror: paciscor: pango. condēno: postulo: et similibus verbis.
Tenus semper postponitur atq̄ in singulari cū ablatiuo tantū: in plurali etiā cū genitiuo: vt Uerg. Et crurum tenus a mento palearia pendent.
Thebani a thebis: que est vrbs in boetia insignis.
Thebeus a thebe vrbe antiquissima in egypto.
Timeo te. i. tanquam inimicum metuo.
Timeo tibi: metuo tibi tanq̄ amico.
Traijcio exercitum. i. trans mare: trans mōtes: trās flumen duco.
Traijcio mare: id est transeo.
Triclinium a tribus toris mensisve appellatum est.
Aula est grece quam latini atrium appellant.
Tollo aliquando pro capio: vt sustuli filium.
Tollo aliquādo pro educo accipi solet.

¶ De litera U.

Ualde positiuo et verbo iungitur sȝ nō longe: vt valde doctus valde legit: nō lōge doctus: lōge legit: nec valde doctior: valde doctissimus.
Uenio in suspitionē sp accipit passiue: vt veni in obliuionē: veni in vituperationē et passiue.
Ueni in opinionē actiue et passiue solet accipi.
Uector vnū ex verbalibus in or passionē significat. i. eū qui vehitur: aliquando qui vehit.
Uenale significat rem venditioni expositam.
Uendibile quod cito vendi potest.
Uendico vt sic dicā: est approprio: et meum esse dico.
Uindico est vlciscor: aliquando ab iniuria defendo.
Uentitare est frequenter venire.

Aduentare est proximum esse vt veniat.
Versicoloria dicunt que natiuum colorem mutant.
Coloria que colorem habent natiuum.
Uicus vrbis est pars.
Uicus paganus muris caret.
Castellum est quod muris cinctum est.
Oppidum est omnis vrbs preter Romam.
Uictus appellatione continent hoi necessaria ad vitam.
Penus est quo homines vescuntur.
Ultro citroq; ad dicta et facta refertur.
Usurpare est vti tum dicto tum facto.
Ut pro pote siue quippe sequenti relatiuo.
Quintilianus non damno vt qui dixerim esse in oibus vtilitatis aliquid.

¶ Finis.

¶ Ex Nonio Marcello.

¶ Perire leuius est: et habet inuentionis spem.
Interire est funditus et sine spe perire.
Alere est victu temporali vitam sustinere.
Educare autem ad satietaté perpetuam educare.
Horrendum est quod est tetrum atq; euitabile.
Horridum est plerumq; extans et prominens.
Meretrix honestioris loci est et questus.
Prostibula quod prostat omnibus die noctuq;.
Genitrix que semper genuit nuncupatur.
Mater vero aliquando pro nutrice ponitur.
Pudet ad verecundiam pertinere videtur.
Piget vero ad penitentiam potius refertur.
Osculum ab ore dr: et honesta res esse potest.
Suauium a suauitate: et est voluptatis.
Sacrificare est sacrificio veniam petere.
Litare est propitiare et votuz impetrare.
Expleri est tantummodo plenum esse.
Satiari vero est supra modum saturum esse.
Arcus per c suspensus appellatur fornix.
Arquus per q non nisi in celo: quem irim dixerunt.
Fors est casus temporalis: fortuna dea ipsa est.
Ferus est seuus: ferox vero fortis est.
Faustum a fauendo dictum est prosperum et propitium.
Festum vero solenniter letum et feriatum.
Animus est quo sapimus: aia vero qua viuimus.
Uultus est volútas q̃ pro motu animi in facie ostéditur: facies est ipsa oris species.
¶ Mussare hoim est occulte et pressa voce loquentium.
Murmurare maioris soni est et proximi ad tumultum.
Fora genere neutro iudiciorum et litium sedes est.
Fori in genere masculino spacia in nauibus aperta.
Peritum esse plus est q̃ doctum esse.
Uerbis appellatione edificia continentur.
Ciuitatis nomine incole solum intelliguntur.
Portentũ qd portédat et aliquid iam apportet.
Prodigium semper passiuũ est quasi porro abigendum.
Iniuria leuior est: contumelia vero grauior.
Fulmen est telum ipsum quod iacitur.
Fulgur ignis qui chorruscat e fulmine.
Unde fulgetra etiam dicitur fulgor.
Iurgiũ est dissensio inter beniuolos et propinquos.
Lis appellatur dissensio inter inimicos.
Audacia temeritatis est: audentia fortitudinis.
Merx et mercatura hoc distãt: q merx est species ipsa.
Mercatura actus: mercatus locus ipse.
Peius est a malo: deterius vero a bono.
Circus est planicies rotunda et circuitus.
Globus soliditas vndecunq; rotunda: vt sphera.
Prede sunt corpora ipsarum que capiuntur.
Manubie vero pecunie ex preda vendita.
Peruicacia est interdũ bonarũ rerũ perseuerantia.
Pertinacia vero semper in malum accipitur.
Morosi dicuntur qui sunt peruersis moribus.
Morati bonis moribus prediti.
Uegetum est incolume: vigens: forte.
Profiteri voluntatis est: cõfiteri necessitas est.
Ulcus est tecta et clausa malignitas: vulnus hians.
Turpe leuior res est: fedum vero grauior.
Dignitas proprie virorũ est: venustas feminarum.
Despicere grauius est q̃ contẽnere.
Cupiditas leuior quedam res q̃ cupido.
Emulatio leuiorem admittit: Imitatio simplex est.
Meminisse omnium est animantium: vt dicit Aristo.
In memoria reducere solius hominis est.
Auarus non caret reprehensione: auidus carere potest.

¶ Ex Seruio in bucco. Uergi.

¶ Patulum est quod semper apertum est: vt aures.
Patens quod vicissim aperitur: clauditurq;: vt oculi.
Eger et corpore et animo recte dicitur.
Aegrotus et aegrotare ad corpus tantum pertinet.
Septa locus erat comitiorum in campo Martio.
Ouilia sunt vbi oues stabulantur: sed Uergilius septũ pro ouili: Lucanus ouile pro septo posuit.
Labra virorum sunt: labia feminarum.
Que differentis Seruio placet.
Nuces sunt fetus arborum cortices duros habentes.
Poma sunt fetus habentes cutem molliorem.
De in compositione aliqd auget: vt deamo te.
Aliqñ vero mutat: vt demens: desipio.
Multrũ est tẽpus quo pecudes mulgeri debent.
Mulctrarium est vas ipsum in quo lac excipitur.
Frondere ad arbores steriles pertinet: vt alnos.
Parturire ad feraces: vt pyros: prunos: cerasos.
Amamus pares amicos atq; etiam inferiores.
Colimus aũt et obseruamus amicos potentiores.
Timidus est q̃ semper et quasi natura timet.
Timens qui ad tẽpus et ex causa formidat.
Sinus prima breui est gremium et maris ambitus.
Sinum prima longa genus quodã est vasis.
Quiesco verbum absolutum est a labore cesso.
Quiesco verbũ actiuum est quiescere facio.
Humidum est qd extrinsecus habet humorem.
Uuidum est qd intra habet humorem.
Dryades nymphe sunt q̃ inter arbores habitant.
Hamadriades que cũ arboribus oriunt et pereunt.
Oreades que in montibus agũt ab oros mons.

¶ Ex Seruio in geor. Uerg.

¶ Frumenta sunt omnia que ex se mittunt aristas.
Far est species frumenti quod scandia dicitur.
Legumina sunt q̃ radicibus a terra euelluntur.
Rastra sunt quibus terra raditur ab agricolis.
Marre quibus glebe grandiores occantur.
Sarculi bidentes. Ligones quibus terra pastinatur.
Cominus dicitur aliquid fieri: quasi cum manibus.
Eminus alonge quasi extra manus.
Medico te et medicor te cum accusatiuo iungitur.
Medico tibi cum datiuo construitur.
Deducere riuos est agros per emissarium siccare.
Inducere riuos in agrum est irrigare.
Asia prima breui est tertia pars orbis terre.
Asia prima longa est palus minoris Asie.
Cerasus est arbor quã Luculus ex ponto vexit.
Cornus eiusdẽ speciei est nisi qd habet poma dura.
Plante sunt surculi et talee rapti de arboribus.
Plãtaria que ex seminibꝰ nata cuz terra transferuntur.
Generatim differendum est. i. p singula genera.
Generaliter differemus. i. simul omnia.
Sulcus est tenuis et non multũ in terra impressus.
Scrobs est fossa terre in pfundum demissa.
Botryo vua est significatq; latine vuam.
Racemus est pars botryonis: vulgo dicitur graio.
Olea est arbor ipsa vnde oleum deducitur.
Oliua vero fructus quo trahitur oleum.
Carcer numero singulari est vbi noxij custodiuntur.
Carceres sunt repagula equorum dicti ab arcendo.
Pernix modo velocẽ significat: vt pernicibus alis.
Modo perseuerantẽ: vt pernicis vxor apuli.
Barba in singulari hominum est.
Barbe in plurali quadrupedum: vt hyrcorum.

¶ De noibus magistratuum Ro.

¶ Rex Romulus omnium primus a regendo dictus.
Senatores a senectute appellati: vel a liuendo quia ma

gistratibus non plus licebat quam senatus sinebat.

Tribunus celerum regi proximus erat: ⁊ trecentis militibus ad regis continuam custodiam preerat.

Celeres autem a celeritate dicti sunt.

Prefectus vrbis qui custodie vrbis prepositus erat.

Questores qui erant erario prefecti publicis sumptib⁹.

Interrex qui q̄diu respu. rege aut consule carebat vicē regis vel consulis gerebat.

Consules annuum magistratum habebant: sed ne duplicata regia potestas videretur in cuius locū consules successerant: alternis vicibus imperabant.

Dictator extraordinarius magistratum habebat: nec vltra sex menses extendi poterat: nec appellari ab eo poterat: ⁊ omnibus magistratibus preerat.

Magister equitum dictatori proximus: ⁊ equitib⁹ regendis preferebatur.

Tribunus plebis defensor plebis erat contra senatum ⁊ consules: ne vis aliqua in plebem: aut vis efferretur: ⁊ equa in ciuitate: aut maior libertas esset.

Decemuiri omnibus vrbis magistratibus per annum sublatis legum condendarum causa ⁊ iudiciorum ferendorum decem numero constituti senatusconsulto et populi consensu fuerunt: et pro ceteris magistratibus officia omnia subibant.

Censores duo tantū moribus ciuitatis preerāt: ⁊ lustris condendis. qui totam ciuitatem sequente populo cū publica pdicatione ambibāt scriba censoris precūte: ⁊ carmen cātante: vt dij rempubli. meliorem amplioremq̄ redderent. Censebatur etiam quot milia ciuium Romanorum essent illo lustro.

Pretores vrbani qui legibus moderandis ⁊ iudicijs sententijs corrigēdis in vrbe preerant. Sex lictores eos p̄cedebant: ⁊ erāt consulibus dignitate proximi.

Pretores peregrini in vrbe ideo constituti erant: vt peregrinis inter se disceptantibus ius redderent: quod pretor vrbanus non poterat sufficere.

Pretores prouinciales cuꝫ imperio in prouincias regendas conseruandasq̄ mittebantur.

Imperatores exercitui preerāt: ⁊ singuli aliqua re gesta vel ab exercitu: vel a senatu hoc nomine appellati.

Tribunni militum exercitus patroni erant: quales Tribunni plebis in vrbe pro plebe.

Legati erant: ⁊ qui ducibus exercitibus a senatu dabantur non solū adiutores: sꝫ custodes etiam ⁊ animaduersores rerum a duce gerendarum: ita vt nihil ipsis ignaris a duce gereretur.

Ediles curules erāt qui edibus publicis. ac tēplis preerant ac ludis: ediles ab edibus: curules a sella curuli qua vehebantur dicti.

Triumuiri preerant incendijs nocturnis ⁊ excubijs.

Item reis puniendis ⁊ carceribus.

Proconsules pro imperio consulari loco consulum in prouinciam mittebantur.

Presides qui ceteris magistratibus preerant: ⁊ erat cōmune magistratus nomen: qui ceteris preerat.

Prefecti vigilum publicis incendijs preerant.

Sed perfecti vrbis potestates inferiores.

Prefecti pretorio q̄ legū cōdēdarū ptātē habebāt dūmodo generalibus nō Iure essent: nec ab eis appellari licebat.

Pontifices maximi non ad publicos magistratus: sꝫ ad religionem pertinebant: ⁊ ceteris preerāt: nec poterat nisi vnus esse qui templo veste custodie palladij vna cum sacerdote maximo preerat.

Pater patratus sacerdotibus fecialibus preerat.

Sacerdotes feciales federibus faciendis preerant.

Rex sacramentorum pontifici maximo subijciebatur: cū enim a regibus sacra constituta essent: ne omnino religio illa extincta videretur: delectus est vnus qui rex sacramentorū diceretur: sed ne regiā dignitatē vsurparet appellatione regis pontifici maiori subiectus erat.

Sacerdotes salij a saltando dicti: constituti a Numa Pompilio duodecim numero fuerunt.

Magister saliorū erat qui sacerdotibus salijs preerat.

Sacerdotes flamines a flosculo lane dicti: quē feminē le causa super apicem ferebant.

Eiusdem Antonij Nebrissensis de Nominibus numerabilibus.

Nihil est in hac vita mortali magis necessarium cognitu: ⁊ quod minus a nostri seculi hominibus sciatur: q̄ tria illa in quibus factor rerum: idēq̄ mundi arbiter omnia disposuit. Omnia inquit in mensura: numero et pondere disposuisti. Omitto nunc pondus ⁊ mensuram sine quibus multe artes: atq̄ in primis medicamentaria: imo neq̄ ipsa hominum societas quam ciuitatem appellamus constare potest: breui namq̄ his de rebus tradituri sumus certam rationem etati nostre. quantū ego existimo: incognitam: venio ad numeros in quos pondera ipsa ⁊ mensure referunt: quotus quisq̄ nouit latine numeros suis proprijs vocabulis appellare postea q̄ a primis illis infantibus etiā notis discesserit? Refert Arist. in problematis esse quasdā nationes adeo immanes ⁊ barbaras: vt nesciāt cōputare vltra numerum quaternariū: quid si ego mōstrauero eos qui vulgo habeantur sapiētes nescire q̄uo latine dicāt. Tres letras tuyas recebi en vn dia: ⁊ cada quatro dia recibo dios que de alos frayles que andā emparaiados de dos en dos cada quatro hueuos. Et hoc intra numeros illos notos: qd si transgredimur denarium? quid si centenariū? quid si millenariū? quid si millionē? Sꝫ cū mihi semp fuerit in alo pro virili hispanis meis opē ferre in his potissimum quib⁹ maiorē in modū opus est: libuit hoc in loco disponere in prima serie noia numeralia: atq̄ e regione scdo in loco noia ex nūeralibus diuidua siue distributiua: tertio noia ordinalia: quarto aduerbia numeralia. Secuti q̄ sumus in hac parte tū vsum doctissimoꝝ tū rationē: tum etiā pportionē. Posuimus vero numeros explicitos vsq̄ ad triginta: ceteros vero collegim⁹ l decuplatiōes tm: ex quib⁹ ⁊ simplicis possum⁹ cōponere medios: quēadmodū fecim⁹ ⁊ viginti ⁊ a triginta. Prohibem⁹ aūt vicies bis: ⁊ vicies ter: ⁊ silia q̄ certos authores secuti in cōmentationib⁹ nr̄is dici non posse putabamus: propterea q̄d vicies bis potius quadragies ⁊ vicies ter sexagies designāt: ⁊ alia ad hūc modū. Preterea vltra cētū nō possumus dicere centies bis: sicut dicim⁹ centū duo: ⁊ centeni bini ⁊ cētesimussecūd⁹. ppterea q̄ centies bis potius significat ducenties: ⁊ centies ter tercēties: ⁊ silr deinceps itaq̄ rōnē secuti poti⁹ dicēdū esse crediderint centies et bis centies: ⁊ ter aut bis supra cēties: ⁊ ter supra centies ⁊c. Aduertēdū antiquiores post centū milia poti⁹ consueuisse dicere bis cētū milia: ter centū milia: quarter centū milia: q̄ ducēta: trecēta quadringenta milia. Et p eo q̄d nos dicimus vn cuento: decies cētū milia: dos cuentos vicies centū milia: ⁊ deinceps eodē modo. Illud q̄ꝫ est animaduertendū q̄ interroganti quot pascit seruos? quot possidet agri iugera? respōdendū est per noia nūeralia: puta decē cētū. Interroganti vero quot dētes habēt homines rn̄dendum est per noia diuidua siue distributiua: puta crāteres binos: caninos siue: ternos: primores octonos: molares vicenos. Nā si dixeris simplr̄ q̄ homines hn̄t duos aut quatuor aut octo aut vigin dētes: nō dixisti q̄t volebas. Interrogāti vero per quotus a. um. rn̄dēdū est per noia ordinalia: vt quot⁹ sedet in ecclīa cātor ab choro? rn̄dendū est terti⁹ aut quart⁹: aut quotā partē habent clerici frugib⁹? respondendum est decimā: id est vnā aliquā ex decē. Sunt ⁊ alie denominatiōes a noibus nūeralib⁹ que dicuntur multiplicia: vt duplus: triplus: quadrupl⁹ quintuplus: sextuplus septuplus: octuplus: nonuplus: decuplus: quatuordecuplus: quindecuplus: sexdecupl⁹ cētecuplus. Cetera vero multiplicia cum nō habent ppria noia per que possunt designari: circunloquimur ea per numeralia: ⁊ ablatiuum huius nominis tantus tanta tantū: vt si dixeris qui surripuerit simplum luet viginti tāto: aut mille tāto: aut mille quingēta tāto. Et eodē modo de multiplicibus illis q̄ significāt plicaturā: vt duplex: triplex: quadruplex: quintuplex: sextuplex: septuplex: octuplex: nonuplex: decuplex: vndecuplex: ⁊ duodecuplex: tredecuplex: q̄tuordecuplex: q̄ndecuplex: sexdecuplex: cētecuplex: vt Hor. cōtra q̄ duplici pānus patiētia

velat. triplices quoq; & quintuplices tabellas apud Mar. legimus: & apud Ouid. Surgit ad hos clypei dñs septẽplicis Aiax. vbi nõ possis dicere dupl⁹: triplus: quadruplus: quintuplus: sextuplus. Nã q̃ Persius dixit rẽ duplicat fecit tam triplex. & Iuue. qui triplicem vsuram prestare paratus: manifestum est pro triplo posuisse.

¶ Sunt & alia diuersarũ significationũ noĩa a numeralibus composita & deriuata: que vltra certos nũeros non procedunt: vt biduo: triduo: quatriduo: sed non dicim⁹ quinquiduo: sexiduo &c. Biennio: triennio: quadriennio: quinquennio: sexennio: septennio: decennio & centennio: sed nõ dicim⁹ octẽnio: nouẽnio &c. Nudiustertius: nudiusquartus: & Plautus nudiusquintus: nudiussextus. & Cicero nudiustertiusdecimas. cetera exemplo carent. Bim⁹ bima bimũ: trim⁹ trima trimũ: q̃drim⁹ q̃drima q̃drimũ: & denominatiua ab illis bimatus us. trimat⁹ us. quadrimatus us. cetera non legũtur. Et aduerbia. bifariam: trifariam: quadrifariam: omnifariam: multifariã: plurifariam: sed nõ dicimus quinquifariam: sextifariã.

¶ Sunt & alia noĩa nũeralia numerorũ triplicatiua que non reperiunt̃ nisi a certis nũeris hec fere binio onis. p eo qđ est bis duo bis hoc ẽ octo. ternio nis. q̃ter tria ter hoc est vigintiseptẽ. quaternio onis. p quater q̃tuor quater. hoc est quatuor & sexaginta: quinio onis. p quinquies quinq; quinquies. hoc est centũ vigintiquinq; &c. eodẽ modo possunt ex proportiõe formari: sed nõ legi nisi hec superiora: & quod suspicor milionẽ dictum quẽ vulgus hispanie appellat milion hoc est milies mille milies.

¶ Sunt q̃z alia a diuiduis deriuata q̃ significãt illũ nũerũ ad quẽ ptinẽt h̃re: vt singulari⁹ ve: singularẽ qđ vnũ cõtinet: binari⁹ qđ duo: ternari⁹ qđ tria: q̃ternari⁹ qđ q̃tuor: quinari⁹ q̃ quinq;: senari⁹ q̃ sex: septenarius qđ septem: octonarius qđ octo: nouenarius qđ nouẽ. denari⁹ qđ decem: vndenarius qđ vndecim: duodenari⁹ qđ duodecim: tredenarius qđ tredecim: q̃tuordenari⁹ qđ quatuordecim: quindenarius qđ quindecim: vicenari⁹ qđ viginti: tricenari⁹ qđ triginta: quadragenari⁹ qđ quadraginta: quinquagenari⁹: qđ quinquaginta: sexagenarius: qđ sexaginta: septuagenari⁹: qđ septuaginta: octogenari⁹: qđ octoginta: nonageri⁹: qđ nonaginta: cẽtenarius: qđ cẽtũ: millenari⁹: qđ mille: vt nũerus binarius cõtinet duo. sexagenari⁹ senex. q̃ h̃z: idest vixit annos sexaginta.

¶ Sunt preterea q̃dã ab ordinalibus denoĩata q̃ significãt ad illũ ordinẽ ptinere: aut esse ex illo ordine: vt secũdan⁹ miles q̃ ex scđa legiõe: octuman⁹ ex octaua. decuman⁹ ex decima: & decumana porta in castris: & eo decumanũ apud Lucillũ: & decumanũ frumẽtũ qđ ex decimis soluit̃. Tertiana q̃z febris q̃ die tertio contingat: & quartana q̃ quarto: & ab his rursus denoĩatiua: vt ternarius: & quaternarius: & alia eodem modo.

Numeralia.	Diuidua.	Ordinalia.	Aduerbia.
Unus vna vnum.	Singuli singule singula.	Primus prima primum.	Semel.
Duo due duo.	Bini bene bina.	Secundus secũda secundũ.	Bis.
Tres tria.	Terni terne terna.	Ternus tertia tertium.	Ter.
Quatuor.	Quaterni quaterne q̃terna.	Quartus quarta quartum.	Quater.
Quinq;.	Quini quine quina.	Quintus quinta quintum.	Quinquies.
Sex.	Seni sene sena.	Sextus, sexta sextum.	Sexies.
Septem.	Septeni septene septena.	Septim⁹ septima septimũ.	Septies.
Octo.	Octoni octone octona.	Octauus octaua octauum	Octies.
Nouem.	Noueni nouene nouena.	Nonus nona nonum.	Nouies.
Decem.	Deni dene dena.	Decimus decima decimum.	Decies.
Undecim.	Undeni vndene vndena.	Undecimus cima. cimum.	Undecies.
Duodecim.	Duodeni duodene dena.	Duodecimus cima cimum.	Duodecies.
Tredecim.	Tredeni tredene dena.	Tredecim⁹ ma. cimum.	Tredecies.
Quatuordecim.	Quatuordeni dene. dena.	Quartusdecimus a. um.	Quatuordecies.
Quindecim.	Quindeni dene. quindena.	Quintusdecimus ma. mum.	Quindecies.
Sexdecim.	Sedeni sedene sedena.	Sextusdecimus.	Sedecies.
Septemdecim.	Septindeni.	Septimusdecimus.	Septindecies.
Decem & octo.	Octodeni & deni.	Duodeuicesimus.	Octies & decies.
Duodeuiginti.	Duodeuiceni cene cena.	Octauusdecimus.	Duodeuicies.
Decem & nouem.	Noueni & deni.	Nonusdecimus.	Nouies & decies.
Undeuiginti.	Undeuiceni cene cena.	Undeuicesimus.	Undeuicies.
Uiginti.	Uiceni vicene vicena.	Uicesimus.	Uicies.
Uiginti vnus vel	Uiceni singuli.	Uicesimusprimus.	Uicies semel.
Unus & viginti.	Singuli & viceni.	Primus & vicesimus.	Semel & vicies.
Uigintiduo.	Uiceni bini.	Uicesimussecundus.	Uicies bis non dicitur.
Duo & viginti.	Bini & viceni.	Secundus & vicesimus.	Bis & vicies dicitur.
Uiginti tres.	Uiceni & terni.	Uicesimustertius.	Uicies ter non dicitur.
Tres & viginti.	Terni & viceni.	Tertius & vicesimus.	Ter et vicies dicitur.
Uigintiquatuor.	Uicentiquarterni.	Uicesimusquartus.	Uicies quater non dicitur.

Numeralia.	Diuidua.	Ordinalia.	Aduerbia.
Quatuor & viginti.	Quaterni & viginti.	Quartus & vicesimus.	Quater & vicies dicitur.
Uigintiquinq;.	Uiceniquini.	Uicesimusquintus.	Uicies & quinquies nõ dr.
Quinq; & viginti.	Quini & viceni.	Quintus & vicesimus.	Quinquies & vicies dicit̃.
Uigintisex.	Uiceniseni vel	Uicesimussextus.	Uiciessexies non dicitur.
Sex & viginti.	Seni & viceni.	Sextus & vicesimus.	Sexies & vicies dicitur.
Uigintiseptem.	Uiceniseptem vel	Uicesimusseptimus.	Uiciesseptiesnon dicitur.
Septem & viginti.	Septeni & viceni.	Septimus & vicesimus	Septies & vicies dicitur.
Uigintiocto.	Uicenioctoni vel	Uicesimusoctauus.	Uicies octies non dicitur.
Octo & viginti.	Octoni & viceni vel	Octauus & vicesimus.	Octies & vicies dicitur.
Duodetriginta.	Duodetriceni.	Duodetricesimus.	Duodetricies dicitur.
Uigintinouem.	Uiceni noueni vel	Uicesimusnonus.	Uicies nouies nõ dicitur.
Nouem & viginti.	Noueni & viceni vel	Nonus & vicesimus.	Nouies & vicies dicitur.
Undetriginta.	Undetriceni.	Undetricesimus.	Undetricies dicitur.
Triginta &c. similiter.	Triceni tricene tricena.	Tricesimus.	Tricies.
Quadraginta.	Quadrageni gene. gena.	Quadragesimus.	Quadragies.
Quinquaginta.	Quinquageni gene. gena.	Quinquagesimus.	Quinquagies.
Sexaginta.	Sexageni gene. gena.	Sexagesimus.	Sexagies.

Numeralia.	Diuidua.	Ordinalia.	Aduerbia.
Septuaginta.	Septuageni gene.ena.	Septuagesimus.	Septuagies.
Octoginta.	Octogeni gene gena.	Octogesimus.	Octies.
Nonagita.	Nonageni gene.gena.	Nonagesimus	Nonagies.
Centum.	Centeni centene centena	Centesimus sima.simum.	Centies.
Centum vnus.	Centeni singuli	Centesimusprimus.	Centies et semel
Vnus supra centum.	Singuli supra centenos.	Primus supra cetesimum.	Semel et centies.
Centum duo.	Centeni bini.	Centesimussecundus.	Centies et bis
Duo supra centum.	Bini supra centenos.	Secūdus supra centesimū.	Bis et centies.
Centum tria.	Centeni terni.	Centesimustertius.	Centies et ter.
Tria supra centum etc.	Terni supra centenos.	Tertius supra cētesimum.	Ter et centies.
Ducēti ducente ducenta: vel	Ducenti vel ducen'.	Ducentesimus vel	Ducenties vel
Bis centum.	Bis centeni.	Bis centesimus.	Bis centies.
Tricenti tricente tricenta: vl'	Tercenteni vel treceni.	Tricentesimus vel	Tercenties vel
Ter centum.	Trecenteni.	Ter centesimus.	Tercenties.
Quadringenti gente.ta.vel	Quadringenteni vel geni.	Quadringentesimus.	Quadringenties vel
Quater centum.	Quatercenti.	Quater centesimus.	Quatercenties.
Quingenti gente.genta. vel	Quingenteni vel quingeni.	Quingentesimus vel	Quingenties vel
Quinquies centum.	Quinquies centeni.	Quinquies centesimus.	Quinquies centies.
Sexcenti sexcente centa. vel	Sexcenteni vel sexceni.	Sexcentesimus vel	Sexcenties vel
Sexies centum.	Sexies centeni.	Sexies centesimus.	Sexies centies.
Septingenti gente.ta.vel	Septingenteni vel geni.	Septingentesimus vel.	Septingenties vel
Septies centum.	Septies centeni.	Septies centesimus.	Septies centies.
Octingenti gente.genta. vel	Octingenti vel octingeni.	Octingentesimus vel	Octingenties vel
Octies centum.	Octies centeni.	Octies centesimus.	Octies centies.
Nongenti gente. genta. vel	Nongenteni vel nongeni.	Nongentesimus vel	Nongenties vel
Nouies centum.	Noaies centeni.	Nouies centesimus.	Nonies centies.
Mille adiectiuum vel	Milleni millene: vel	Millesimus.	Millies.
Vnum mille.	Singuli milleni.	Millesimus vnus.	Millies.
Duo mille vel	Bini milleni: vel	Bis millesimus.	Bis millies.
Duo milia.	Bis milleni.	Bis millesimus.	Bis millies.
Tria mille vel	Terni millem. vel	Ter millesimus.	Ter millies.
Tria milia etc.	Ter milleni.	Ter millesimus.	Ter milies.
Decem mille.	Deni milleni.	Decies millesimus.	Decies millies.
Decem milia.	Decies milleni.	Decies millesimus.	Decies millies.
Viginti mille.	Viceni milleni.	Vicies millesimus.	Vicies millies.
Viginti milia.	Vicies milleni.	Vicies millesimus.	Vicies millies.
Triginta mille.	Triceni milleni.	Tricies millesimus.	Tricies millies.
Triginta milia.	Tricies milleni.	Tricies millesimus.	Tricies millies.
Quadraginta mille.	Quadrageni milleni.	Quadragies millesimus.	Quadragies millies.
Quadraginta milia.	Quadragies milleni.	Quadragies millesimus.	Quadragies millies.
Quinquaginta mille.	Quinquageni milleni.	Quinquagies millesimus.	Quinquagies millies.
Quinquaginta milia.	Quinquagies milleni.	Quinquagies millesimus.	Quinquagies millies.
Sexaginta mille.	Sexageni milleni.	Sexagies millesimus.	Sexagies millies.
Sexaginta milia.	Sexagies milleni.	Sexagies millesimus.	Sexagies millies.
Septuaginta mille.	Septuageni milleni.	Septuagies millesimus.	Septuagies millies.
Septuaginta milia.	Septuagies milleni.	Septuagies millesimus.	Septuagies millies.
Octoginta mille.	Octogies milleni.	Octogies millesimus.	Octogies millies.
Octoginta milia.	Octogeni milleni.	Octogies millesimus.	Octogies millies.
Nongeni milleni.	Nonageni milleni.	Nonagies millesimus.	Nonagies millies.
Nonaginta milia.	Nonagies milleni.	Nonagies millesimus.	Nonagies millies.
Centum mille vel milia.	Centeni vel centies milleni.	Centesies millesimus.	Centies millies.

¶ Collegium augurum ordo hominū prudentissi erat: qui preerant prodigijs publicis.

A.aulus.
Ap.apius.
A.augustus.
B.brutus.
C.Caius.
Ces.cesar.
Gn.gneus.
Cor.cornelius.
Con.consul.
Consul.consules.
Cl.claudius.
Quc.questor.
D.decius.
Dru.drusus.
Aedi.aediles.
Ple.plebs.
Pop.populus.

P.p.pater patrie.
Pref.prefectus.
Quest.questores.
R.roma.
Q quintus.
R.romanus.
R.p.respublica.
Sul.sulpitius.
Sul.spurius.
Se.senatus.
S.c.senatusconsultum.
Ser.seruius.
S.d.salutem dicit.
Sex.sextus.
S.p.q.r.senatus populusque romanus.
F.filius.

Fla. flamen.
Impe.Imperator.
Imp.imperatores.
K.kalende.
L.lucius.
Ses.sestertium.
L.f.lucij filius.
P.puplius.
P.pretor.
Pre.pretores.
P.ro.populus.romanus.
Procon.proconsul.
Procons.proconsules.
Pōt.maxi.pontifex maximus.
T.titus.
Ti.tiberius.

Tri.tribunus.
Tri.p.tribuni plebis.
T.tribuni.
Tri.mil. tribun⁹ militū.
D.m.s.dijs.manib⁹ sacrū.
B.m.f.bene merēti fecit.
V.s.p.viu⁹ seplchrū posuit. V.f.viuus.fecit.
H.m.n.t. h.hoc monumētū nō trāsit heredes.
In fronte.p.xx. in fronte pedes. xx.
In.ag.pe.xx.in agro pedes.xx.
Fla.di.m.q.flamē dialis. martialis quirinalis.

¶ Finis.

Dictiones que per artem sparguntur in ordinem Alphabetarum redacte.

Abacus i. cenaculū vel tabula super quam pecunie vel aliquid numeratur.
Abax abacis grece pro eodem.
Abderitanus abderitana abderitanum: res illius ciuitatis.
Abies abietis quedam arbor: gallice dicitur sapin.
Abidos abidi ciuitas est in asia.
Academus academi homo fuit athenis.
Academia academie locus fuit sepultus.
Acantus ti interpretatur carduus: quedam herba spinosa.
Acantis acantidis quedam auis parua a cantu dicta quia suauiter cantat.
Acarnan homo imperij acarnanie.
Accino accinis ui. est apud vel contra aliam rem canere.
Accipiter accipitris pro sparuero falcone vel astrue.
Aceo es. vel acesco is. est acidum esse vel acetum fieri.
Acer acris res fortis ingeniosa vel amara.
Acer aceris quedam arbor cognita.
Acetum aceti vinum acre.
Achates nomen proprium viri & etiam lapidis.
Achamenes achamenis quidam rex fuit Parthorum.
Acheron acherontis est palus infernalis.
Acinus acini granum racemi.
Acis is nomen proprium viri vel fluuius Sicilie.
Aconitū aconiti venenū omnium venenorum citissimū.
Acuo acuis acui. acutum facere.
Acumen acuminis subtilitas ingenij.
Acus aci pisciculus sic nominatus.
Acus acus acui instrumentum quo vestes farciuntur.
Acus aceris sunt purgamenta tritici.
Adamas adamantis quedam gemma cognita.
Adamantinus adamantina adamātinū res illi⁹ gēme.
Adeps adipis pinguedo que non est seuum.
Adhibeo adhibes adducere vel adiungere.
Aden adenis.
Adigo adigis adegi. impellere & ad aliā ptē reducere.
Adimo adimis mi. est auferre.
Adipiscor adipisceris est consequi & acquirere.
Ador adoris quoddam genus farris.
Adorea adoree gloria pacis.
Aduena aduene alienigena qui aliunde venit.
Aedes aedium: id est domus vbi habitatur.
Aedilis is. custas editis vel economus.
Aegina aegine quedam insula apud Athenas.
Aemulus la. lum. res que inuidet vel imitatur aliam.
Aeneis aeneidis est opus Uergilij.
Aerugo aeruginis vitium rodens ferrum & segetes.
Aes aeris quoddam metallum siue moneta.
Aesopus aesopi quidam philosophus antiquus.
Aestas aestatis quedam pars anni.
Aestuo aestuas aestuaui: est calere seu calorem habere.
Aether aetheris superior pars aeris.
Aethiops aethiopis homo regionis Ethiopie.
Aethiopissa aethiopisse femina eiusdem regionis.
Aetolia aetolie quedam regio prope Albaniam.
Apher a. um. quecunque res aphrice regionis.
Aegea aegee forus vel tabularius nauis.
Agaso agasonis qui equas ducit.
Age agedum agite aduerbia exhortandi.
Agito agitas agitaui frequenter agere vel fatigare.
Agnes agne non agnetis proprium.
Agnosco agnoscis ui. est olim cognitum recognoscere.
Agonalia agonaliorum festa erant Romanorum.
Agrippa pe. qui in partu primo loco pedes emittit.
Ah interiectio est doloentis.
Aiax aiacis nomina duorum hominum grecorum.
Alacer alacris alacre res hilaris & velox.
Alaricus quidam princeps Gotorum.
Albunea albunee quoddam nemus prope Romam.
Ales alitis auis vel habens alas.
Algeo alges: vel algesco algescis frigescere.
Algus algus vel algor algoris frigus.
Alecto nomen proprium furie inferni.
Ales alitis: id est volucris siue habens pedes alatos.
Pori pororum: loci per carnes vnde sudor exit.
Vertebra vertebre: os quod in genu vertitur.
Musculus caput neruorum.
Ruga ruge: plica carnea que fit in senibus: vnde rugosus.

Humores & excrementa corporis.

Sanguis sanguinis: notum est.
Bilis bilis: cholera.
Atrabilis: melancholia.
Pituita pituite: phlegma.
Semen seminis: grece sperma.
Sanies saniei: putredo vel sanguis infectus.
Tabes tabis: sanguis corruptus.
Mucus muci: immundicie que per nares exeunt.
Sternutamentum sternutatio sternutus idem.
Saliua saliue: notum est: dicitur enim sic: quia salis habet saporem.
Sputum immundicia que cum vi & tussi a pectore eijcitur.
Lachryma lachryme: est quedam infirmitas oculorum: vel dicitur a lachrymor lachrymaris: id est plorare.
Anima lisue anhelitus vel anhelus idem.
Lotium lotij: & vrina vrine idem.
Stercus: ventris purgamentum.
Lac lactis: dicitur a leucos grece quod latine album.
Colostrum colostri: est lac imperfectum veniens matribus ante partum.
Sudor sudoris: notum est.

Habitudines corporum.

Nanus & pumilio homo statura pusillus.
Procerus homo grandis stature.
Mediocri statura qui tenet medium.
Crassi qui habent corpus pingue.
Macri & macilenti per contrarium habentes corpus exile & macrum.
Pulcher formosus & speciosus idem.
Turpis & deformis idem.
Surdus surdi: qui non potest audire.
Cecus ceca cecum: visu priuatus.
Lippus lippa lippum qui habet oculos lachrymantes.
Mancus & mancinus: orbatus altero membrorum vel officio eius.
Gibbosus & gibberosus qui habet gibbum aut tumorem in posterioribus.
Claudus di. dicitur quasi pedibus clausis. i. impeditus.

Hominum officia.

Papa summus sacerdos: pontifex idem.
Cardinalis notum est: & que sequuntur dignitates. scilicet & officia personarum ecclesie.
Episcopus episcopi.
Archiepiscopus archiepiscopi.
Decanus decani.
Archidiaconus archidiaconi.
Canonicus canonici.
Portionarius portionarij.
Beneficiarius beneficiarij: qui habet beneficium.
Sacerdos quasi dos sacra vel sacra dans.
Presbyter pro eodem.
Clericus qui habet primam tonsuram.
Dyaconus dicitur a dya quod est duo & conos honor quasi duos habens honores vel ordines.
Subdyaconus quasi infra dyaconum: qui habet primum ordinem.
Acholitus acholiti.
Exorcista exorciste.
Edituus editui.
Sacrista sacriste.
Cantor cantoris.
Archipresbyter.
Vicarius qui habet vices episcopi.
Antistes presul: pontifex: prelatus.
Monachus monachi.
Heremita heremite: qui in heremo habitat.
Frater fratris.
Soror sororis.
Monialis monialis: monacha idem.
Rex & regina notum est.
Dictator dictatoris: imperator.
Augusta auguste: imperatrix.
Imperator aliquando dicitur capitaneus qui habuit victoriam.
Dux ducis: capitaneus siue exercitus ductor.
Dux ducis: commune quedam dignitas militaris que est super marchiones & comites.
Comes qui alium sequitur & sociat.
Comes comitis. commune quedam dignitas.
Marchio onis. quedam dignitas inter magnates & nobiles
Primipilus primipili: alia dignitas.
Antesignanus & signifer qui insigne vel vexillum portat.
Marescallus dignitas secularis vel hospitator nobilium & maxime curialium.
Preses sidis potest dici castellanus vel capitaneus.
Pretor pretoris: gubernator.
Propretor qui habet vices pretoris.
Questores erarij qui computant & custodiunt pecunias dominorum & vrbium.
Questores prouinciales qui colligunt gabellas & alia huiusmodi.
Questores criminum qui trahunt ligatos criminosos.
Pretor executor qui executat penas a pretore impositas.
Senatores consiliarij.
Tabellio publicus scriba.
Notarius: qui scribit alio dicente.
Librarius scriptor librorum.
Preco nis. qui vocibus denunciat edicta iudicum vel pretorum.
Nomenclator qui alicui nomen imponit.
Carnifex carnificis: qui damnatos in iudicio mutilat: vel suspendit: & cetera talia exercet.
Patritius patritij: qui prouidet reipublice.
Eques auratus: nobilis ex genere.
Eques equitis: homo insidens equo.
Pedes peditis: qui incedit pedester.

Miles militis commune homo armatus vel mulier.
Sacelles:stipator.stator:apparitor:anteambulo idem.
Minister stri.qui alicui servit:aliquod offm ministrãdo.
Exoletus exoleti:adultus qui alicui servit et ministrat.
Structor is.qui in domo alicuius nobilis alios instruit.
Chironomon ontis qui carnes coram dominis scindit.
Coquus coqui:qui ordinat cibos.
Promus promi dispensator domus.
Obsonator qui habet curam emendi necessaria.
Librarius librarij:qui portiones dividit.
Artocopus artocopi: qui custodit panes:vel pistor:vel panis laboriose factus.
Pollinctor oris.magr molendini:et qui mortuos curat
Archimtriclinus prepositus vel principalis dominus.
Pincerna pincerne:qui servit vinum administrando.
Celator celatoris:magister fabricans res argenteas.
Argentarius:campsor est pecuniarum.
Mensarius est trapezita et teloniarius idem.
Mercator a mercor mercaris:vel a merx mercis.
Mercator minutus qui revendit quod ante emit.
Bibliopola bibliopole:librorum est mercator.
Miropola le.q vendit species ⁊ alias merces minutas.
Pharmacopola idem est quod apothecarius.
Dulciarius qui facit confectiones.
Marculus marculi:qui cudit monetam.
Faber ferrarius:qui aliquid fabricat ex ferro.
Faber lignarius qui operatur aliquid ex lignis: alias architectus.
Faber erarius qui fabricat ex ere.
Infector infectoris.tinctor.
Veterinari⁹ rij.qui veterina ducit:vel eorum curam hз.
Veterina animalia dicuntur quecunqз vehere qđ pñt:⁊ a vehendo:⁊ non vetustate dicuntur.
Fullo fullonis qui pannos lavat:⁊ polit.
Fullona fullone:femina idem faciẽs.
Mulio mulionis:mulorum insectator et ductor.
Agaso agasonis:qui equos ducit.
Tabellari⁹ tabellarij:qui literas portat ab aliquo missas vel tabellio.i.scriba.
Nuncius nuncij:is est qui aliquid nunciat.
Caduceator ⁊ legat⁹ communiter dicitur ambasiator.
Interpres qui per unam linguam interpretatur aliam.
Proxeneta qui res alias vendit inde mercedẽ recipiẽs.
Sartor.i.sarcinator a sarcio sarcis.
Resartor:qui aliquid repetiat.
Sutor sutoris.qui facit calciamenta.
Tonsor non barbitonsor:qui radit barbam.
Lintearius; linteari.qui facit vel vendit telas.
Sagarius sagarij:qui facit vel vendit sagum.
Pictor pictoris notum est qui pingit.
Figulus figuli qui fabricat ex luto vasa.
Schenobates q ambulat supra chordas extẽsas in aere.
Petaurus petauri:qui ex agilitate corporis levioribus saltibus movetur:⁊ alios ludos exercet.
Prestigiator:qui prestigia exercet et operatur.
Histrio histrionis:est gesticulator.
Sarra c.qui turpiter iocãdo domus aliorum sectatur.
Parasitus qui hoc facit precio assignato.
Grassator grassatoris:latro vel predator.
Perfuga ⁊ trãsfuga qui de uno exercitu fugit ad alium.
Economus villicus magister domus.
Architectus architecti qui domos edificat.
Fidicen:qui corda canit.
Tibicen:qui tibia canit.
Cornicen.qui cornu canit.
Tubicen:qui tuba canit
Hydraules.qui instrumentum equaliter pulsat.
Tympanistes:qui tympana pulsat.
Saltator saltoris.i.tripudiator.
Chirurgus chirurgi.qui vulnera ⁊ ulcera medetur.
Medicus ci.q alias infirmitates ⁊ febres medetur.
Iurisconsultus:idem est qđ iurista.
Pragmaticus pragmatici:procurator.
Advocat⁹ ti.q alterius causam in iudicio agit.
Fenerator is.i.usurarius.

Preceptor preceptoris.idem est quod magister.
Pedagogus magister parvulorum.
Porculator porculatoris:qui custodit porcos.
Subulcus subulci:pro eodem.
Bubulcus bubulci: qui custodit boves.
Caprarius qui custodit capras.
Pastor pastoris notuз est quilibet supradictoruз pastor.
Apiarius apiarij:qui apes gubernat ⁊ custodit.
Agricola agricole:dicitur quasi agrum colens.
Rusticus:qui in rure habitat et in campis.
Arator aratoris qui arat.
Messor messoris:qui messes colligit ⁊ metit.
Feniseca fenisece qui fenum secat ⁊ metit.
Fossor fossoris qui fodit palmites vitium arentes.
Putator qui scindit palmites vitium arentes.
Vinitor vinitoris:qui vites custodit.
Frondator frondatoris qui folia arborum colit.
Saltuarius saltuarij:qui nemora custodit.
Lignator lignatoris:qui ligna scindit ⁊ portat.
Aquarius aquarij:qui aquam portat.
Venator venatoris qui bestias venatur:⁊ insequitur.
Auceps qui accipitre vel falcone venatur.
Piscator piscatoris:a piscor caris.qui pisces capit.
Archithalassus qui in aliquo regno est princeps maris.
Nauta naute:qui navem dirigit.
Nauarchus capitaneus vel dux multarum navium.
Magister navis qui nautas sibilando vocitat et eis agẽda indicit.
Gubernator is.qui navẽ dirigit a periculis eã amovẽs.
Remex remigis.qui remigat.
Vector vectoris:qui in navi vehitur.

¶ Edificia publica et privata.

Menia menium:muri civitatis.
Turris:erectum ⁊ altum edificium in muris.
Pina pine:summitas que super muros est.
Tholus i.testudo in medio tẽpli in quo trabes cõveniãt.
Pinaculum pinaculi:pars altior templi.
Coclea ee.turris rotunda habẽs ascensum per circulũ.
Fossa fosse:fovee sunt que circa hortos ⁊ vineas fiunt.
Vallum valli cõcatenatura que fit ex lignis mollis terre ex quibus predia muniuntur.
Antemurale antemuralis:defensio ante murum.
Propugnaculum:pinne murorum:unde pugnant se defendentes.
Specula locus eminens:unde inferiora speculantur et videntur.
Promurium promurij:locus eminens post muros per quem custodie vigilãtes incedant.
Porta porte:ianua:proprie porte sunt urbiũ ⁊ castrorũ.
Via vie.callis.
Regio regionis:patria regi subiecta.
Platea ee.locus latus ⁊ spaciosus proprie intra urbes.
Forum holitorium ubi holera venduntur.
Forum boarium ubi carnes venduntur.
Macellum macelli:locus ubi pecora mactantur.
Forum piscarium locus ubi pisces venduntur.
Myropolium myropolij:loc⁹ ubi species aromatice:medicine ⁊ cetera huiusmodi venduntur.
Sutrina sutrine.ars sutoris.vel locus ubi calciamenta venduntur.
Tonstrina tonstrine:locus ubi homines tondentur.
Figulina e.locus ubi olle carabi ⁊ vasa fictilia fiunt.
Textrina textrine locus ubi tele texuntur.
Officina officine locus vel domus parva ubi aliquod officium fit.
Taberna taberne.domuncula ubi aliquid venditur.
Taberna meritoria domus ubi panis:vinum carnes et cetera huiusmodi venduntur.
Diversorium hospitium vel receptaculum hospitum.
Caupona ⁊ tabernaria mulier.s.que taberne preest.
Proseucha proseuche:hospitale.
Lupanar lupanaris:locus ubi sunt prostibule: vel meretrices.
Lustra lustrorum:⁊ prostibulum idem.
Cloaca cloace:fossa in quam sordes emittuntur.

Forica forice locus publicus vbi venter purgatur.
Latrina e.locus priuat⁹ vt supra.s.secrete necessitatis.
Regia ⁊ pretorium domus regia vel iudiciaria.
Arx arcis.i.fortalitium.
Comitium comitij:locus in quo conuenitur ad litium ⁊ naufragiorum causas peragendas.
Senatus senatus:locus vbi senatores conueniunt.
Templum templi:idem est quod ecclesia.
Sacrarium locus vbi sacra reponuntur.
Saccilam eremitorium vel capella.
Basilica basilice:locus amplus in quo consilia priuata ⁊ iudicia conficiuntur.
Cenobium cenobij:monasterium.
Hippodromus locus ad currus equorum dispositus.
Theatrum locus vbi ludi fiunt.
Edes sacra ecclesia.edes edium domus.
Area aree:locus existens in medio domus sine edificio ad modum platee.
Cementum cementi solū elaboratū ecclesie vel palatij.
Pauimentū pauimēti.solū elaboratū eccl'ie vel palatij.
Assarotum assaroti.solum lateribus stratum.
Paries etis.parietes sunt partes laterales domus.
Foramen inis.notū est:foramina dicūt̄ quasi pne fores.
Fenestra e.ostiolum in piete factum vt lumē ingrediat̄.
Fenestra clatrata.i.ferreo reti clausa.
Lateres cocti fiunt ex luto pisto ad domos edificādas.
Lateres crudi fiunt ex luto palea immixta.
Calx calcis:Cementum quod ex lapidibus coctis fit ad edificandum.
Gypsum gypsi:simile est calci etiam ad edificandum.
Argilla argille:terra est qua figuli vtuntur.
Tibicen tibicinis:columna marmorea.
Materia materie:tabule et ligna.
Trabs trabis.sunt ligna grossa que transuerse posita vtrosq; parietes contingunt.
Tignus et tigillus ligna paruula que sub tecto domus ponuntur.
Asser asseris:tabula.
Sandula sandule:parua tabula:hoc est i.paruas laminas scissa.
Fomes fomitis:assula ex ligno excussa dum scinditur.
Scobs bis.s.furfures que ex ligno cadunt qñ serratur.
Laquear ⁊ lacunar ⁊ lacus coniunctio trabium in summitate domus.
Contignatio contignationis.i.tignorum coniunctio.
Imbrex imbricis.tegula.
Tectum tecti:totum coopertorium domus.
Cenatio cenationis:locus inferior ad cenandum.
Cenaculum cenaculi:pro eodē:sed est superius positū.
Solarium solarij:locus est eminens supra domum sine aliquo coopertorio.
Tabulatū bulati.edificiū ex coaptatis tabulis factū.
Impluuium impluuij:area domus.
Cancelli cancellorum:retia ferrea vel lignea que ante ostia et fenestras ponuntur.
Uestibulum exterior pars domus vt est porticus.
Atrium atrij.prima pars domus.
Limē is.qd ostium dom⁹ trāsuersat inferius et superi⁹.
Posticum postici:ostium in posteriori parte edium.
Cardo cardinis.extremitas ostiorum quib⁹ voluuntur.
Claustrum claustri:a claudendo.i.clausula.
Clauis clauis:notum est etiam a claudendo dicitur.
Patibulū patibuli.sera seu instr̄m quo ostia claudunt̄.
Antipagentum ornatus ianue.
Uectis vectis:illud ferrum quo foris ostia clauduntur.
Pessulum pessuli:aliud claustrum ex ligno factum.
Sera sere idem est quod claustrum vel claustra.
Cubiculum cubiculi:locus in quo cubile sternimus.
Secessus secessus:camera in abscondito domus.
Penetrale penetralis:secreta camera.
Gimnecium locus vbi vxor stat.
Penarium penarij:locus vbi necessaria victus ponunt̄ pro aliquo tempore.
Promptuarium promptuarij:pro eodem.
Cella promptuarij:locus vbi cibi quotidiani ponuntur.

Cellarium vel apotheca:vbi necessaria victus pro paucis diebus ponuntur.
Stabulū buli.loc⁹ vbi iumenta ⁊ cetera animalia stāt.
Presepe vel presepiū:vbi pastus illorū aialium ponitur.
Hortus ti.locus domus vbi sunt arbores ⁊ hortalia.
Xistus sti.locus exercitationi corporis accommodatus.
Popina popine:coquina culina idem.
Focus foci:locus vbi ignis fit:vel ipse ignis.
Fuligo fuliginis:nigredo illa que in camino est.
Uasarium vasarij:locus vbi scutelle ⁊ talia ponuntur.
Abacus abaci mensa parua super quā cibi ponunt̄:vt inde ordinatim ad mensam portentur.
Camin⁹ camini:fornax proprie:hoc est aptura per quā fumus spirat.
Tubulus tubuli:vulgo dicitur stufa.
Furnus furni notum dicitur a phos quod est ignis.
Balneum balnei:locus domus vbi aqua calida continetur ad lauandum.
Terme termarum:balnee in publicum vsum edificate.
Fornax fornacis:idem est quod caminus.
Fornix cis.arcus lapideus.
Testudo inis.concauitas templi que est in modū teste.
Camera re.locus secretus vbi cubamus.
Scale arum.instrumentum quo aliquo ascenditur.
Gradus i.ascensus vt sunt ante altare vel in scalis.
Mola trusatilis:vel mola manualis lapis molendini que manu voluitur.
Mola asinaria.molendinum cuius lapis ab asino:vel mulo trahitur.
Mola aquaria molēdinum quod vi aque in magnis fluminibus mouetur.
Pistrinum i.molendinum qd in paruo riuulo voluitur.
Pinacotheca locus vbi tabule ⁊ ligna reponuntur.
Bibliotheca repositorium librorum.
Granarium ij.horreum.

Ornamenta viri ⁊ femine.

Umbella e.quasi parua vmbra a multis dicitur capell⁹.
Pileus ei.indumentum quo caput tegimus.
Mitra mitre quoddam indumentum capitis mulierum vel episcoporum.
Reticulum li.aliud coopertorium capitis mulierum in modum retis factum.
Cucullus cuculli.alias cuculla.
Collarium orum.vestis collum cingens.
Monile is.quoddam ornamentum pectoris mulierum.
Torques torquis:aureus circulus in collo.
Lignea ee.pomuncula ex ossibus vel alia materia filo inserta ad numerandum quoties dixim⁹ orationes.
Margarita e.gemma preciosa candida ⁊ paruula.
Unio is.est idem quod margarita:sed quando est grandior dicitur vnio.
Gemma gemme lapis preciosus.
Smaragdus di.alius lapis preciosus sic dictus.
Adamas antis.alius lapis tante duritie q̄ nullo metallo secari potest nisi cum sanguine hircino.
Coralium ij.cognitum est quidam lapis cōiter rubeus.
Agates agatis.ali⁹ lapis satis mollis colore ꝓo niger.
Electrum electri succinum etiam est lapis pallidi coloris:satis lucidus.
Inauris ris.ornamentum aurium.
Armilla e.circuli quos femine in brachijs portant.
Anulus ornamentum digitorum.
Sigillum sigilli:sculptura anuli.
Manica manice a multis dr chyrotheca.i.man⁹ tectura.
Antimonium ij.quidam puluis niger ex quodam metallo factus quo pingunt mulieres oculos.
Fucus ci.quidam color rubeus quo se depingunt femine vt rubee appareant.
Cerusa se.alia pictura qua mulieres dealbabāt faciem: et earum nigrescit animus.
Purpurissa e.quidā color rubeus aptus ad scribendū.
Uolicelle arum.penne sunt cum pilis in fine positis:quibus pictores pingunt.
Acus acus.instrumentum ad suendum.
Digitale lis.qd in digito ponit̄ ad suēdū ne acu ledat̄.

Co.us

Colus li.instrumentum ad filandum.
Fusus fusi illud cũ quo filũ voluitur: et in quo involuitur.
Verticulũ li.parvula rota que in fine fusi ponitur.
Pensum i.globus fili super filum glomeratus.
Supparus ri indumentũ lineũ qđ prope carnẽ portatur.
Manica e.pars alicuius indumenti ab humero vsq ad manum.
Thorax is.indumentũ hominũ vsq ad cingulũ durãs.
Thorax cis.quedam armatura.
Tunica ce.quedam antiquissima vestis sic dicta.
Toga ge.vestis qua roman: maxime vtebantur.
Chlamys dis.mantellus.
Caputium tij.capitis tegmen.
Sagum gi.indumentum est bombicinum quo multum farraceni vtuntur.
Coturnus ni.calciamentum ex corio: cooperiens pedes et crura.
Calceus ei.non solutar: calciamentum pedum.
Solea lee.corium grossum solum tangens.
Soccus ci.calciamẽtum intra soleas suberem vel lignuz habens.
Pero nis.pastorum est et rusticorum calciamentum de corio sine aliquo ministerio artificis.
Rheno nis.quasi toga est ex pellibus facta.
Diphthera tunica ex pellibus qua pastores vtuntur.
Cento onis.vestis pannosa et commissuris plena.
Sculponea nee.qđdã species calciamẽti facta de canabo.
Spartanea nee.pro eodem: sed fit ex alia herba puta de sparto.
Sandalium lij.calceamẽtum habens soleas et parũ vel nihil nisi chordas quod pedes tegant.
Linea vestis supparus ex lino.
Carbisina supparus ex lino albo.
Canabina supparus ex canabo.
Serica e.vestis ex serico.
Bombicina vestis ex bombice.
Cymatilis vestis facta ex alia tela que dicitur esse facta de pilis caprarum.
Sausapina vestis de serico piloso.
Rasa vestis serica rasa sine pilis.
Intertexta auro notum est.
Phrygia vestis acu facta.
Galea vel cassis armatura capitis.
Crista vel conus penne que super galeam portantur.
Chimera es.munitiones que super galeã etiã portãtur.
Buccula cule.armatura infra galeam cooperiens barbam et os.
Fibula le.anulus ferreus in corrigijs positus quibus arma stringuntur.
Lorice ce.armatura ex circulis ferreis facta.
Egis egidis potest dici pectorale ferreum quod super pectus ponitur.
Ocree arum arma crurum.
Clipeum clipei scutum totum hominem cooperiens ex ligno factum.
Cetera re.clipeus rotũdus ex corio quo maxime farraceni vtuntur.
Scutum scuti notum est.
Parma me.scutum ligneum et rotundum.
Pelta te.scutum ferreum et parvulũ quod homines abscondite portant.
Ensis et gladius communiter dicitur spata.
Pugio onis parvus gladius.
Telum et iaculum sagitta vel aliquid tale ad iaciendũ.
Hasta notum est.
Sudes is.virga vel pertica.
Arcus cus.etiã qđ vulgo dicitur balista melius dicitur arcus.
Balista grece latine tormẽtũ instrumentũ bellicum quo imposito sulphure lapides et spicula et alia iactant.
Attramentariũ parvum vas in quo ponitur incaustum.
Attramentum ti.liquor niger quo scribimus.
Graphium ij.stilus ferreus.
Calamarium.capsa in qua calami portantur.
Specillum v.tra que ante oculos portãtur ad videndũ.
Speculum li.vitrum in quo nos speculamur.

Storax cis.certa resina odorifera.
Mascus ci.radix cuiusdam herbe.
Suffimentum ti.confectiones et pulveres qui in ignem missi faciunt bonum odorem.
Sapo nis.confectio ad lavandum pannos.
Lixivium ij.aqua que per cineres colatur.
Acicula le.acus habens caput qua mulieres ad ornandum vtuntur.

Quedam edulia.

Assus a.um.ab asso as.avi.
Elixus a.um.res coacta in aqua.
Frixus a.um.res cocta cum oleo in patella.
Iurulentus a.um.res iuris plena: cibi sunt elixi.
Coctus a.um.notum est a coquo.
Panis vel orbis: panis notum.
Quadra re.panis fragmentum.
Saccharum sacchari massa est nimis dulcis que ex succo herbarum fit.
Piperatum ti.quod cum pipere conficitur.
Pastillus li.caro vel pisces intra massam.
Agresta ste.succus vvarum immaturarum.
Farcimen minis.generale est.
Lucanica intestinum porcorum alijs carnibus plenum.
Botulus li.intestinum arietum sic factum.
Venter faliscus quoddam intestinum suis.
Gelu in partina cibus gelatus.
Salsamentum ti.notum est.
Leucophagum quidam cibus albus qui fit ex gallinarũ carnibus.
Minutal minutalis plures herbe insimul crude oleo et aceto ordinate.
Moretum ti.certum salsamentum rusticorum.
Sinapium ij.quoddam semen ex quo fit salsamentum: vel a quo salsamentum sic dicitur.
Laganum ni.pasta in aqua cocta.
Lixule et semirule pasta in oleo cocta.
Circuli cibus qui fit ex caseo massa et ovis: et coquitur in oleo.
Carnes suille notum est: petasones etiam dicuntur.
Carnes bovine notum est.
Carnes arietine.
Carnes agnine.
Intestina orum.interiora animalium.
Mulsum si.vinum confectum cum certis speciebus.
Passum vinum grossum et nigrũ: vulgo dicitur bastard.
Defrutum vinum coctum.
Sapa pe.mustum nimis coctum intantum qđ spissatur et fit sapa liquor dulcis.

Supellectilia.

Aulcum lei.panni qui parietibus domus penduntur.
Peripetasma atis.cortina vel velum lecti.
Peristroma atis.paramenta.
Papilio et conopeum tentoriũ quod super lectũ ponitur.
Lectus lecti sponda fulcrum idem.
Stramentum ti palee: vel quod infra lectum ponitur.
Culcitra e: stramẽtũ lectus plumis plenus vel aliquo simili.
Tomentum lana vel borra culcitre.
Fascia coopertorium culcitre.
Lintheũ ei.tela linea que inter culcitrã et lodicem ponitur.
Cervical lis.quod in lecto sub cervice ponitur.
Pulvinus ni.quasi parvulus lectus lana vel aliquo plenus: quo vtimur in sedendo.
Pulvinar aris.quasi grãdis pulvinus: vel stratũ ex multis pulvinis.
Lodex cis.villosum coopertorium lecti.
Stragulum coopertorium.
Storea ree.dicitur a sterno: qr in terra sternitur: est enim de certis herbis contexta.
Tapes tis.quasi stapes: quia infra pedes ponuntur.
Scrinium nij.capsa ad ponendum libros.
Capsa et archa.idem.
Armarium ij.capsa.
Ahenum ni.caldaria.
Cacabus bi.olla erea.
Olla et inde ollula.vas terreum in quo coquuntur cibi.

Antonius Nebrissensis.

Labrum lab ii. trulla le. ⁊ capisterium: idem.
Batillum i. pala ferrea qua cineres ⁊ prune colliguntur.
Fuscina ferrum in fine tortum ad extrahendum carnes.
Veru u. hasta ferrea qua carnes tenentur ad assandum.
Craticula le. est instrumentum quod super prunas poni tur: ⁊ super eam pisces vt assentur.
Scobina ne. lamina foraminibus plena ad conterendum caseum ⁊ alia.
Coclear aris. quo cibi liqui vt pultes ad os portantur.
Patina ne. potest dici frixorium: vel est discus.
Patella le. discus paruulus.
Lanx cis. scutella rotunda vel ampla ⁊ plana vt discus.
Urceus cei. amaphora vel lagena.
Oenophorum ri. vas vinaticum.
Calix cis. vas ad bibendum.
Crateo ⁊ patera aliud vas ad bibendum parum maius.
Phiala vas ad bibendum amplum quasi patella.
Amphora vas in quo aqua ad mensam portatur.
Ampulla vas paruulum angustum ad os.
Cadus di. quasi paruum dolium.
Dolium dolii vas ligneum grande in quo communiter vinum conseruatur.
Chrysendetum vas aureum ad bibendum.
Toreumata phiale preciose.
Fictilia ⁊ friuola que sunt terrea.
Mensa mense tabula super quam comedimus.
Pedes mense notum est.
Subsellium paruus sedilia que circum mensam ponuntur.
Torale lis. ⁊ mappa linteamen quo mensa cooperitur.
Mantile parua mappa: vel pannus quo comedentes manus mundant.
Salinum ni. vas salis.
Candelabrum bri. in quo candela ponitur.
Candela le. qua nos illuminamur.
Lucerna ne. instrumentum quod cum oleo illuminat.
Cutellus li. gladius.
Fuscinula le. qua carnes tenentur dum diuiduntur.
Funale funalis candela grossa vel fax.
Dentiscalpium instrumentum ad mundandum dentes.
Dentifricium puluis est multum affirmans dentes.
Panarium locus vbi panis ponitur.
Canistrum calatus quallus vas vimineum.
Corbis pro eodem: sed corbis est minor.
Fiscina ne vas vimineum vbi panis custoditur.
Crater ris. quere in primo vocabulario.
Cumera re. certum vas.
Nassa instrumentum de iuncis ⁊ vimineum ad piscandum.
Lechitus lechiti: vas olei.
Incerniculum: instrumentum quo farina purgatur.
Setaceum pro eodem: sed illud est de pilis.
Arthesis se. conca massa lignea in qua panis pistatur.
Cribrum sericum incerniculum ex serico.
Vannus ni. instrumentum quo frumentum purgatur.
Sporta ⁊ sportula: notum est a porto as. dicitur.
Clitella le. stramentum quod super asinos ponitur.
Ephippium pii. sella equorum.
Phalere arum. ornamenta que sup capita equorum ponuntur.
Stragulum li. puluinus selle equorum.
Frenum ni. notum est.

Lupatum ti. quoddam genus frenorum fortium.
Vacerra re. lignum quod in terra figitur: vt ad illud animalia ligentur.
Ligna orum que cremantur.
Titio io. stipes aliquantulum adustus.
Carbo onis. notum est.
Ligna acapna: ligna sicca ad citius ignem accendendum.
Pruna prune. Carbo ignitus.
Cinis puluis in quem ligna: carbones: ⁊ prune aduste conuertuntur.
Uncus vnci. harpago.
Uter vtris vas corium in quo vinum portatur.
Tripos odis. ferrum habens tres pedes super quod cacabus ponitur.
Sartago ⁊ frixorium idem.
Colum coli instrumentum quo aliquid colatur.
Mortarium mortarii illud vas in quo pistant coqui sibi necessaria.
Pistillum li. lignum quo in mortario percutimus.
Cathena ne. notum est a capio dicitur.
Annulus ferreus annuli ex quibus cathena constat.
Aranea nee. tela vel vermis qui illam texit.
Scobs bis. pulueres ⁊ immunditie domus.
Scope arum. quibus scopimus seu verrimus.
Situs situs. domus illuuies.

De ponderibus.

Unciola le. parua vncia.
Uncia cie. duodecima pars assis: id est libre.
Sescuns vncia ⁊ dimidia: quasi sexta pars assis.
Sextans sextantis: sexta pars assis: id est due vncie.
Triens entis. i. tertia pars assis: hoc est quatuor vncie.
Quadrans antis. sexta pars assis: id est tres vncie.
Quincunx cis. quinque vncie.
Semis semissis. dimidium assis: hoc est sex vncie.
Septunx cis. septem vncie.
Bessis is. octo vncie.
Dodrans antis. nouem vncie.
Decunx cis. decem vncie.
Item dextans pro eodem.
Undecunx cis. vndecim vncie quasi vncia dempta ab asse.
Cubitus ti. mensura duorum palmorum: i. puta a medio brachii vsque ad extremitates se extendens.
Modius modii: mensure genus continens duo ⁊ viginti sextaria.
Sesquimodius modium ⁊ dimidium.
Ulna ne. vulgo dicitur canna: alis mensura: ⁊ secundum aliquos idem est quod cubitus.
Dragma dragmatis. octaua pars vncie.
Libra bre. instrumentum quo res cum lancibus ponderantur.
As is. vel assipondium ii. pondus ex duodecim vnciis constans.
Sestertium tii. vel sestertius tii. due libre ⁊ dimidia.
Sesquilibra bre. vna libra ⁊ dimidia.
Tressis ie. tres libre.
Decussis sis. decem libre.
Uigessis sis. viginti libre.
Centussis centum libre.
Libella le. diminutiuum a libra. i. parua libra.
Selibra bre. dimidia pars libre.

Finis.

Martini Iuarre Cantabrici in commendationem introductionum latinarum Aelii Antonii Nebrissensis Carmina: quibus ars ipsa quasi filia quedam pulcherrima ab illo genita de se loquens paucis monstrat quampridem sese bonus pater glossematis munitissimam domo sua: id est arbitrio iudicioque suo tandem abdicauerit. Quidnam in primis faciendum sibi mandauerit. Quam statim viam corripiendam/ vbi sedes parandas consuluerit. Quantum denique patriis hominibus fortasse ipsa cum parente simul iuncta tribuerit commemorans.

Carmen elegiacum.

Tempora iam lustris aberant exacta duobus.
 A patrio postque pectore pulsa vagor.
Precipit atque sator patrias excedere curas:
 Supremum geminans terque quaterque vale.
Postque irratos pariter iubet atque magistros:
 Quos aluit numeris conciliare suis.
Illo ego perpetuos merui iam frondis honorem.

Tempore: quo florens prima iuuenta fuit.
Egredior validis comitum glomerata catorum
 Presidiis iussas; nec mora carpo vias.
Ad Rondam propero. namque illis Ronda diebus
 Auxilium Christo dante subacta fuit.
Huc vbi deuenio: regine ad limina nostre
 Procedo: ⁊ faciles iam patuere fores.

Pulchra tunc primum sponda se forte fouebat:
  Namque dabat leges cancta iura prius.
Accessi propius roseo suffusa rubore:
  Cum breuiter repeto iussa paterna memor.
Pierides aderant: cesserunt libera verba:
  Protinus hec pauitans carmina pauca cano.
O regina viros patribus que cingis iberos
  Legibus: atque equo pondere iuris: aue.
O pietate grauis supplex pia munera posco:
  Da liceat populos clarificare tuos.
Illa domo semper victrix, et semper in armis
  Ambrosio cepit sic grauis ore loqui.
Hesperios inter populos quodcunque precaris:
  Accipe barbato nata puella patre.
Discute corde metus: habita felicia regna:
  Nusque abero: et munus quod petis ipsa feres.
Dum tenues ergo currunt ad flumina riui:
  Maiores fluuios littore dumque bibant.
Dumque ego mirato fuerim notissima mundo.
  Illius in nostro pectore vultus erit.
Post vbi responsum pietens dedit illa petentis
  Monstratas pergo notior ire vias.
Oppida transcurro votis cedentia nostris:
  Plurima qua ducunt altera iussa patris.
Ergo vbi claros tenui Salmantica muros:
  Et penitus tota peruagor vrbe volans.
Quis noua non placido celebrabat fera vultu?
  Candidior quis non pectore et ore fonte.
Certe erat Enceladus: clarus sine ille Palemon
  Hospitio audebat me vegetare suo.
Postremo hec leto dicebat pectore verba.
  Cedimus Antoni: casta minerua tua est.
Inde per hispanas paulatim deuehor vrbes:
  Plurima clarificant obiter ora virum.
Eloquium tandem patria largita latinum:
  Barbaricum hesperie compuli ab ore genus.

Martini Ibarre Cantabrici verbis ars ipsa ad lectores.

Ecce adsum patrio rursus reuocata labore:
  Ocyus en properat barbara turba mori?
Archetypos mecum mansuros candida portas
  Quos bonus exiguo comparet asse puer.
Sed caueant cygnis iterum coniungere coruos:
  Ah pereant si vllos talia monstra iuuant.
Ah pereant tersos lacerant quicunque libellos:
  Tota quibus nondum pagina prima patet.
Vir bonus et sapiens totam me exploret ad vnguem:
  Ignarus taceat: si pudor vllus adest.

Martinus Ibarra Cantabricus Michaeli Raymundo discipulo S. P. D.

Iampridem hortaris mi R. latini sermonis amantissime: vt grammaticas introductiones Aelij Antonij Nebrissensis quoad possem in viam reducendas restituendasque curarem. Nam ipse eas ab exemplari vero impressorum secordia paululum declinasse iam a me quotidianis lectionibus intellexeras. Et quoniam munus quidem efflagitabas tum operis authore dignum: tum etiam commoditatibus studijsque tuis pulcherrimum: tu ipse compertum habes quam precibus tuis que velles impetrandi facillimus tibi semper apud me relictus locus. Verum officium erga te meum nondum etiam ad te proficiscebatur: quia nulla nouarum impressionum opportunitas mihi hactenus occurrebat. Columnius tandem vir sane antique virtutis et bibliopola: quem vnum eandem prouinciam mecum vna curare fortunatum existimabam: superioribus diebus ad me venit. Causam omnem primo mihi proposuit: rogauit statim vt in negotio suo communibus scholasticorum vtilitatibus maxime necessario: partem aliquam mihi cure assumerem nihil ea re detrimenti se habere compertum: nonnihil glorie posse capere: quod ego ita fore incertus eram: ille mihi sponte pollicebatur. Itaque excusationem huic etiam viro offerri vllam mi R. qui mihi summa familiaritate coniunctus erat neque boni neque liberalis officium esse viri putabam. Is igitur: vbi petitionem suam fore mihi peruincendam respondi: quo magis ad rem mihi animus accenderetur: tria exemplaria diuersis impressa locis protinus ad me attulit. Sed vnum illum iam primo singulis explorantis magna authoris diligentia nunc nuper in Hispali vrbe correctum quasi ducem precipue sequi decreuimus. Nam duo reliqua alterum Cesar augusta delatum: alterum nostra Barch none impressum quantum vtroque iudicio arbitrioque nostro exhauriendum videbatur: nihil amplius nobis in ea re auxilio fuerit. Illud autem tu R. commemorandum potius quam pretereundum censeo: quod in solo certe plus me hercule triginta locis extremum hoc opus sublatum: euersum: aut certe mentitum deprehendimus: sicut est. Prepes et ales: aut si mauis perpes. Ales Similace fornax. que dant in ius. Impubis iniuges. Pices dis. Fraus fraudis. Puls pultis. Per e tantum cetera mittunt. Posco cum disco. Sorbeo sorpsi. Dat pario peperi. Capio dat cepi. Rastrorum vel a. Capistrorum vel a. Balneum balnei. Cepa cepe. Et vtrumque dat atum. Audio obedio. Aduerbio quot accidunt. Calco calces: vel eb numerandum pecunias. Ionio in magno. Excipitur reus rei. Refero et effero excipitur vbique. Offa offella. O in cremento. V in cremento. Nihilominus dicuntur nominatiuo datiuo. Que obiectans multa preterea adhuc alia supplemimus que paulo accuratius scrutanti passim comperientur. Quibus in locis. Quid facient iuuenes: fugiant cum talia patres? aut qualem obsecro interpretationem illam estimabimus: que textum ipsum luce sua vocantem non repudiat? Quid memorem sexcentas vocabulorum significationes in illo codemque exemplari deprehensas? Certe quas ex monstrosis pulcherrimas fecimus: quarum tamen vnam mi. R. certa quadam contagione lesam parce amabo de nostro grege ortam esse arbitrari. Nam cum ipse apponendum tradidissem. Scurra home donairos. Illud enim proprie significabat: quidem fortasse (quod aiunt) specie recti falsus est. Catholicone demortue authoritatis doctore qui sequitur curiam gratis sibi supposuit. Dictum plane lepidum magis quam elegans expolitio: nisi magis vellis pagina dare pondus idonea fumo. Illa vero altera: vesti dura de or: pro eo quod esse debuit: or de vesti dura: cuinam imputari debeat coniectura scribi potest. Ceterum de laudibus authoris dicere superuacaneum videretur: quippe qui maximam industriam ingenii gloria superasse optimus quisque equo animo fatetur. Verum ille quidem qui errores quosdam in eum somniauit: somniatos a pudore procul edidit: satis habeat pro vulgo male audire quod cum sit abutitur patientia nostra: non sumus archilochi. Sed nos hec omittamus: maius enim negocium ego arbitror mi marquetorum familie proles nobilissima hoc opus tua causa tuoque nomine diligentia mea quam emendatissimum per omnium ora volitare: quam cuiusque molles aures verbis ledere. Denique mi. R. romane eloquentie amantissime libellum hunc lectitare pergito. crede mihi: quantus quantus est totus elegantia est. Et quia te hortari cepimus illud non solum rogo: sed familiariter moneo tuorum maiorum atque in primis patris tui Francisci Marqueti clarissimi viri et bis consiliarij res preclare gestas crebro memineris: summaque ope enitaris: vt quas ipse facturus es: quod ita spero confore ipsis adequentur. Nihil amplius aut maius Martinus Ibarra Raymundo suo commendatum habet. Vale.

¶ Antonio Nebrissensi Arius Lusitanus.

Dyrceo quantum Thebe memorantur alumno.
  Uersus palladia cuius in ede micant.
Aut quantum lesbos plectro spectabilis aureo
  Exultat numeris docta puella tuis.
Calta sua tantum felix Nebrissa poeta
  Bellerophonteis arua rigauit aquis.
Miscuit hic sacris chorum permessidos vndis:
  Barbaricum nostro reppulit orbe genus.
Primus et in patriam phebum doctasqꝫ sorores
  Non vlli tacta detulit ante via.
Pegasidum aruus puro de fonte sacerdos.
  Nostra per ausonios orgia ferre choros.
Ore potens vario est: seu condit amabile carmen:
  Dulcior andino defluit ore liquor.
Seu velit orator lingua dixisse soluta:
  Eloquium dices hic Ciceronis habet.
Ipse triumphali redimitus tempora lauro.
  Uiuus sydereas incipit ire vias.
Uiuet in eternum: viuet tua musa decusqꝫ.
  Antoni: Aethereus dum vehet astra polus.
Hec te fama leuat nullo interitura sub euo:
  Hec facit vt volites docta per ora virum.

¶ Idem arius ad lectorem.

Tempora rhemniacos contēnant nostra libellos:
  Dictaqꝫ Aristarchi iudiciumqꝫ graue.
Priscorum quicquid dictarunt corda virorum:
  Hec breuis Antoni docta pagella docet.
Si via longinqua est: hec ars compendia monstrat.
  Si timor: hec tuta per freta lyntre vehit.
Carmine demulcet melius quo seruet odorem
  Testa recens: paruo pondere gaudet hilas.
Liuor edax maciem atqꝫ atros rubigine dentes:
  Tuqꝫ tuum nasum comprime rhinoceros.
Inuidia rumpi: neqꝫ quicꝙ liuor obesse:
  Nec poteris quicꝙ tu quoqꝫ rhinoceros.

¶ Finis.

¶ Antonius ad lectorem de literis grecis.

Litterulas grecas fluxerunt vnde latine
  Si quis nosse cupit: longa terenda via est.
Ut culmen teneas: subeundi mille labores:
  Rara quidem res est: at preciosa tamen.
Maiores maiora petant: mihi parua secuto
  Sufficiat pueris prima elementa dare.
Illa modo sine quis non constat sermo latinus.
  Et que si spernas: mox habeare rudis.

¶ Eiusdem Antonij in grecas literas prefatio.

Qui literarias introductiones antehac latinis tradiderūt: imo vero qui lōgiores cōmentationes ex instituto grāmaticē professi ediderūt: nullam fere partem attigere: in qua non aliquid ex greco desumpserint: ita tamen scripserunt: vt cū vtriusqꝫ lingue gnaris & non pueris rudibus & indoctis loquerentur. Nam & cum de literis deqꝫ dictionum orthographia disputant: cum de accentu atqꝫ syllabarum quantitate: cum de nominū etymologia & declinatione: cum de partium orationis constructione: totam rationem inchoatam relinquunt: atqꝫ nos ad grecos authores mittunt. Grece vero litere qua via nostris hominibus tradi possint: non est in promptu: propterea quod preceptorum non minor est penuria ꝙ librorum: sed quod magis obstat: est incredibilis hominū veternus: qui adeo ad hanc vnam rem obtorpuerunt: vt iam mōstro simile habeatur: si quē viderint greca legere nedum loqui aut intelligere. Ego vero cum in meis introductiōibus multos locos ex greco pendentes inchoatos reliquissem: communicata re prius cū Ario lusitano: a quo vno si quid vsꝙ est grecarum literarum apud nos emanauit: cuius sum facere quod alius harum rerum peritior facere debuisset: non quidē omnia que sermo latinus ex greco fonte desiderat: sed illa tantum sine quibus introductiones nostre constare nō possunt. Et quia non contingit nobis grecarum literarum typos omnes habere: & quod omnibus quibus precepta nostra scribuntur ignote sunt: vsi sumus magna ex parte latinis. Que tamē si authore Plinio satis commode possint grecas omnes designare: nō tamen semper id assequi possum⁹: cū ex diuersis lr̄is plerūqꝫ eadē vox efficiat̄: & ex eadē voce diuersos sensus cōiectare liceat: vt quod eta: iota: ei & oi diphthongi eundem sonum nobis exhibent: & alia ad hunc modum. Imprimis itaqꝫ literas grecas & earum nomina grece & latine e regione scripta preposuimus: & de illarum prolatione nonnihil adiecimus. tum de diphthongis & accentibus aliquid attigimus: de nominum deinde declinatione simul et accentu (cuius rei gratia hunc laborē assumpsimus) pro captu nostro hec fuerint a nobis degustata: qui vlteriora nosse desiderant ad grecorum scholas illis eundum esse moneo. Nam ego is sum qui neqꝫ tardos opperior: neqꝫ precedentibus insto.



Epitome.

Hoc caput de literis ⁊ declinatione greca quantum sit satis latinis tractat: vbi que ⁊ qualiter ad nos transeant ille litere.

Alphabetum Grecum ⁊ Latinum.

α	β ϐ	γ	δ Δ	ε	ζ	η	θ
αλφα	βητα	γαμμα	δελτα	εψιλον	ζητα	ητα	θητα
Alpha	Beta	gamma	delta	epsilon	zeta	eta	theta
a	b	g	d	e breuis	z	i	th
ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π
ιωτα	καππα	λαμβδα	μι	νι	ξι	ομικρον	πι
iota	cappa	lambda	mi	ni	xi	o micron	pi
i	c	l	m	n	x	o breue	p
ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω
ρω	σιγμα	ταυ	υψιλον	φι	χι	ψι	ωμεγα
ro	sigma	tau	ypsilon	phi	chi	psi	o mega
r	s	t.	y grecum	ph	ch	ps	o longum

Quatuor ⁊ viginti litere sunt in vsu apud grecos in hac serie.
α alpha que ab illis profertur eodem sono quo nos illam proferimus.
β beta que profertur ab illis quasi per u consonantē nostram et i vocalē: nos beta illam vocamus: quia η semper vertitur in e.
γ gamma eodem sono profertur ab illis quo nos g nostrum proferimus a vel o vel u sequētibus: ⁊ quo cum reliquis proferri deberet.
Δ delta eadem voce profertur ab illis qua d nostrum enunciamus.
ε epsilon eodem sono profertur ab illis quo nos e breuem.
ζ zeta eodem sono illi proferunt quo nos z nostrum proferimus. Sed ab illis zita vocatur: a nobis zeta: quia η vertitur in e longum.
η eta/vt diximus ab illis ita quasi proferūt per iota: a nobis quasi per e longum.
θ theta eadē voce illi q̄ nos th pferre dērem⁹: sz ab illis thita: a nobis theta dr: ita vso ī e lōgū
ι iota eodem sono illi proferunt quo nos i nostrum proferimus.
κ cappa eodē sono illi enūciāt quo nos c nr̄m a vl o vl u sequētib⁹: ⁊ quo cū aliis pferri dz.
λ lambda eodem sono illi proferunt quo nos l nostrum.
μ mi eadem voce illi proferunt qua nos m nostrum.
ν ni eadem voce illi proferunt qua nos n nostrum.
ξ xi eodē sono pferf a grecis quo a latinis: sed ab illis appellaf xi: ita qd icipiat a seipsa/et desinat in i vocalē: a nobis lr̄is inuersis ix: ita vt incipiat ab i vocali: et desinat in seipsaz.
ο o micron eodem modo profertur a grecis quo a nobis o breue.
π pi eadem voce proferunt qua nos nostrum p efferimus.
ρ rho in principio dictionum ⁊ in medio si geminetur/semper a grecis aspiratur: atq3 eodem sono profertur ab vtrisq3.
σ sigma eodem modo profertur a grecis quo a latinis: sed vtriq3 perperam pronunciāt: qd alibi demonstrauimus.
τ taf eodē modo proferf a grecis quo a latinis t exile: sed a grecis appellatur tauf: quasi desinat in u consonantem: a latinis tau quasi desinat in u vocalem.
υ ypsilō eodē mō pferri dz a grecis ⁊ a latinis: sz cuiusmodi son⁹ ille debeat eē/alibi dixim⁹.
φ ph eodem modo pronunciatur a grecis quo a nobis proferri deberet: nō quali nunc proferimus hoc est quasi per f literam.
χ chi eodem modo profertur a grecis quo a latinis proferri deberet.
ψ psi eodem modo enunciatur a grecis quo a latinis ante suum antisigma proferebant: et

in vocatiuo scribitur. & eodem modo origenes o origenes. aristoteles o aristoteles. De circūflexis ex syneresi pericles ex eo quod est pericles o pericle hoc est de vltima in penultimam. Composita vero in on per o longum i. vocatiuum terminent per o micron accentum retrahant vna syllaba: vt o agamennon agamenno: apollon apollo.

¶ Octauadecima regula.

¶ Nominatiuꝰ pluralis similem sonū atq; in eadem syllaba habet nominatiuo singulari: vt logos logi. Feminina vero q̄ veniunt a masculinis illorū rōnem sequūtur. Accusatiuus & vocatiuus nominatiui pluralis sonū suscipiūt.

¶ Nonadecima regula.

¶ Genitiuꝰ pluralis in on p o mega terminatur. Collocaturq; accentus in vltima aut in penultima syllaba: nam in antepenultima nunq̄ potest collocari propterea q̄ vltima est longa. In equisyllabis si rectꝰ acuit vltimā & genitiuus pluralis in vltima accentū habebit: vt time timon. si penultimā eodem modo in penultima: vt logos logo. si antepenultimam accentus in penultimam transferetur: vt enigma enigmatos enigmaton.

¶ Uigesima regula.

¶ Nominatiuꝰ atq; proinde vocatiuꝰ singularis terminationē habent cōmunem grecis & latinis: tametsi accentu greco & latino pferri potest: mixtus tamen sermoni latino ſm regulas accentus latini pferendꝰ est. In sermone vero greco accentus greci regulas sequatur oportet.

¶ Prima & vigesima regula.

¶ Si accentus greci ratio nobis fuerit incognita tutius esset minusq; errori obnoxium si p regulas latinas vocabula moderemur: q̄ si artis auxilio destituti feramur precipites in id quod se nobis ignorantibus obiecerit.

¶ De nominis declinatione.

Sermo latinꝰ quēadmodū & aliarū nationū lingue nō vsq; adeo purꝰ est: vt nō aliq̄d sibi aliūde asciuerit. Cū vero magna illiꝰ ps ex sermone greco depēdeat: nō mō vocabulorꝫ syluā ex eo detorsit: verūetiā quosdā casus mere grecos vsurpauit. Vñ Quī. recētiores (inq̄t) istituerūt grecis noibꝰ grecas declinatiōes potiꝰ dare: qd̄ tñ ipsum nō semp fieri pōt: & subdit. mihi aūt placet latinā rōnē sequi quousq; patitur decor. Decoris autē illiꝰ nos iudices esse nō possumꝰ: neq; aliunde nobis cōstare pōt q̄ ex authorū vsu. Ueluti si venerit in dubiū an decētius per declinationē latinā inflectāt dido didonis. calipso calipsonis. io iouis: vt antiq̄ declinabāt: an potiꝰ dido didꝰ. calipso calipsꝰ. io iꝰs: vt secułū eruditiꝰ: quale fuit etate Quintiliani: q̄ libro pmo scribit: neq; cū calipsonē dixeris vt iunonē. q̄ q̄ secutꝰ ātiquos Cesar vtit hac rōne declinādi: sꝫ authoritatē inq̄t cōsuetudo supauit. Phocas pterea vbi de declinatione greca his vbis scribit. Errāt q̄ dido didonis: aut māto mātonis genitiuū dicunt: & vocū asperitas & veterꝫ autoritas eiusmodi declinationē repudiāt. Qd̄ si grecorꝫ nominū grecā declinationē admittimꝰ: & accētꝰ quoq; grecos recipiāmꝰ necesse ē: q̄re d̄ vtriusq; nobꝫ i hoc loco agēdū. ¶ Hñt greci ptē oratiōis qua latini carēt: arthron illi: nos articulū vocamꝰ. Est aūt articulꝰ ps oratiōis q̄ pposita noi demōstrat cuiꝰ generis ē. Gña vero apd̄ illos q̄nq; sunt. Masculinū qd̄ designat articulo ο vt ο agatos. Femininū qd̄ designat articulo η vt η agatos. Neutrū qd̄ designat articulo το vt το agaton. Cōmune duorū qd̄ designat articulis ο & η vt ο & η antropos. Epicenū hoc est pmiscuuꝫ qd̄ sub vna voce cōprehēdit aīalia vtriusq; sexus. vt ο actos ο & η chelidos. Articulꝰ masculinorꝫ in gtō est του in dtō τω in actō τον. Articulus femininorꝫ i gtō ē της & in dtō τη in actō την. Articulus neutrorꝫ in gtō est του in dtō τω in actō το. Uocatiuꝰ articulo caret: cuiꝰ loco ponimꝰ ω aduerbiū vocādi. Greci ablm̄ nō habēt. Dualis & pluralis numeri articulos iō nō posuimus: ppterea q̄ latini dualē nō habēt: pluralē raro vsurpāt: nisi q̄tenus articulo gti pluralꝫ των aliq̄ñ vtunt: declinatiōes grecorū q̄nq; que oēs ad tres latinas reducunt. Nā quarte et quinte nullū nomē grecū reperitur. Quatuor priores declinationes sunt nominū equisyllabicorū: q̄nta est crescētiū vna syllaba i gtō: illa isosyllabica: hec vero peritosyllabica appellāt.

¶ Prima declinatio.

Prima grecorꝫ noīm declinatio q̄ masculinorū est duas hꝫ gti terminatiōes i as & i es p eta. q̄ oīs mittūt gtm̄ i u. vt eneas eneu. anchises eu. Sꝫ i as desinētia faciūt dtm̄ i a: & i es desinētia faciūt in e vtrobiq; a ntl ablata: vt eneas enea. āchises anchisa. Actūs ab vtraq; terminatione fit a ntl mutata in n. vt eneas eneā. āchises āchisen. Uctūs ab vtraq; terminatiōe fit ablata a ntl. vt eneas enea. āchises o āchise. Sꝫ attici o eneas & o āchises faciūt quēadmodū i ntō. In es vero gētilia i a faciūt vctm̄: vt hic scythes o scytha. hic capadoces o capadoca. hic pses o psa: sꝫ q̄ñ est ppriū nomen o p se facit. Cōposita q̄ꝫ a metro qd̄ est metior & a polo qd̄ est vēdo: & tribo q̄ est exerceo i a faciūt vctm̄: vt hic geometres o geometra: hic bibliopoles o pola: hic pedotribes o triba. Sꝫ cū vctl vocalis lōga sit quēadmodū & ntl i tes desinētia i a breuē terminat vctm̄: vt h̄ pphetes o ppheta: hic poetes o poeta. h̄ toxotes o ta: h̄ lestes o sta. aliq̄ñ tñ notant i e. vt oetes oete. calippetes o pete. enarates o enarate. philotherstes o philotherste. ¶ In as desinētia q̄ ad pmā declinationē latinā referunt penultimā acuūt: siue illa sit breuis: siue lōga: vt andreas andreu. pythagoras pytgagoreu. eneas eneu: amintas ntu. Ex hac terminatiōe latini vsurpāt actm̄ i an. vt eneas eneā. pythagoras orā. Hor. y. ſmo. Quabꝫ vincūt pythagorā anitiq; reū doctūq; platona. Uocatiuus q̄ꝫ vsurpat q̄ñ i a lōgū desinit. vt o andrea: o pythagora. Qd̄ si vocatiuꝰ i a breui terminat accētus latini regulā sequimur: vt o andrea o pythagora. ¶ In es p e. lōgā q̄ ad pmā declinationē latinā referunt oīa fere acuūt penultimā siue illa sit breuis: siue lōga: vt anchises. orestes. priamides. pātoides: atq; pinde oīa patronymica mascu. Repiunt tñ nōnulla acuētia finalē: vt sophistes tympanistes organistes & sīlia. Ex hac terminatiōe latini vsurpāt actm̄ i en desinētē: nā i am latinū est: vt priamides midē. pāthoides oidē. Uer. i iii. priamiden helenū graias regnare p vrbes. Hor. y. car. tartara pāthoidē iterū orco. Uctūs q̄ꝫ vsurpat cū i e lōgū desinit, vt Hor. ij. ser. o laertiade q̄cq̄d dicā aut erit aut nō. V. iij. en. cōiugio anchise veneris dignate supbo.

¶ Nominatiuo eneas eneu enea eneam o enea vel eneas.

¶ Nominatiuo anchises anchisen anchise anchisen o anchise vel anchises.

¶ Secunda declinatio.

SEcunda grecoꝝ nominũ declinatio que femininoꝝ tñ enim est in a vel in e lõgũ desinentia in es cõiter faciunt genitiuũ vt musa ses.calliope es. Desinẽtia vero in a lõgũ vel in da vel in tha vel in ra.a nõiati ui seruant in obliquis.vt theologia.theologias.leda ledas.martha thas.hemera as . Dtũs fit a gtõ obla ta s.vt muses muse.calliopes calliope.theologias theologia.ledas leda.marthas martha.hemeras hemera. Accusatiuus fit a nominatiuo assumpta n:vt musa musan.calliope calliopẽ.theologia theologian.leda ledan.martha marthã. Uocatiuus similis est nominatiuo:vt musa o musa.caliope o caliope.

¶ In a desinentia que ad primam decli.latinã referũtur:quedã acuũt vltimã:vt agya:amia. thracia : antiphoes.

¶ Quedã acuũt penultimã vt oĩa q̃ in a longã desinũt.vt sophia.theologia:ecclesia . comedia. Quedã acuũt antepenultimã vt egina aretusa sibylla scolopẽdria. Quedã circũflectũt vltimã q̃ patiunt synerefim:vt nausica ab eo qđ est nausicas:argyra ab eo qđ est argyreos:sydera ab eo qđ est sydereos.chrysa ab eo qđ est chryscos. Quedã circũflectũt penultimã hoc est q̃ desinũt in a breue habẽtq; penultimã natura longã.vt musa glossa nemea alea. Ex hac terminatione rectũ latini vsurpãt:qñ.s.longa reperitur:vt apud papiniũ in.v.thebaid.nec facilis nemea latas euoluere vires.quẽ locũ Pris.li.vij.tractãs nemea indẽ:qz seruauit a pductã accẽtũ i penultima retinet acutũ tametsi eadẽ breuis ẽ. A recto qz i a breui vsurpat actũs in an breuẽ qz:vt apđ.papiniã.vij.theba.Nãq; ferũt raptã patrys eginã ab vndis:qz accẽtu greco hoc est acuto in antepenultima pferẽdũ:tametsi penultima sit lõga.

¶ In e desinentia que ad primã declinationẽ latinã referri possunt quedam acuunt vltimã.vt time es:parasceue pentechoste.quedã acuunt penultimã.vt daphne:ptisane: eleemosyne.Sz nõia ppria feminarũ vrbiũ ⁊ insularũ penultimã ppe semper acuunt.vt helene.eligone.calliope.itache . partenope.asine.melite . Ex hac terminatione latini omnes casus vsurpant:atq; proinde accentu greco illos proferre debẽt. Aduertendũ quoq; nomina possessiua in ce a nominibus masculinis in cos desinentibus vltimam semper acuere:vt grãmatice grãmaticos . ab eo quod est grammaticos.dyalectice ab eo quod est dyalecticos.

Nominatiuo musa muses muse musan o musa.

Nominatiuo calliope calliopes calliope calliopen o calliope.

¶ Tertia declinatio.

TErtia declinatio grecoꝝ noim articuloꝝ masculinoꝝ ⁊ femininoꝝ cõĩũ in os p omega desinẽtiũ ⁊ i on neutroꝝ abiecta s vl n faciũt gtĩ:vt hic meneleos meneleo.hec halos lo.hic ⁊ hec eugeos eugeo.hoc eugeõ eugeo. Dtũs similis gtõ. Accusatiuꝰ fit a ntõ os mutata in n.vt meneleos menelõ halos halõ eugeo eugeõ. Uctũs similis ẽ nõiatiuo.vt hic meneleos o meneleos. Sz quẽadmodũ pauloante diximꝰ:q̃q; os finalis sit lõga:nihilominꝰ ex rõne atticoꝝ accẽtꝰ in antepenultimã trãsfert. Latini ex hac terminatiõe q̃q; raro tñ oẽs casus vsurpãt. vt Uer.ij.en.ãdrogeos i recto posuit dicẽs. Androgeos offert nobis socia agmina credẽs vbi os longũ ẽ. Iuue.qq;.credit olim velificatꝰ athos ⁊ qcqđ grecia mendax. Genitiuo quoq; Uergilius vsus est in.vj.eneidos . In foribus lethũ Androgeo. Paulus quoq; hieronymo interprete in epistola ad Corinthios prima. Ego quidem sum pauli:ego autẽ apollo.qui genitiuus atticus est:neq; indeclinabile:vt quidam somniant. Idem quoq; hierony.ablĩm posuit qui diõ sisis est in eadẽ epistola dicẽs. De apollo aũt fratre notũ vobis facio. Accusatiuũ qz ex declinatiõe greca vsurpauit in epistola ad Titum dicens.zenam legisperitum ⁊ apollo solicite premittite.sicut et Uerg.i.ge. Aut athon aut rhodopen atq; alta ceraunia celo. Nã qđ nature longam breuiauit facta est ratione sequentis vocalis

Nominatiuo hic meneleos meneleo meneleo meneleon o meneleos.

Nominatiuo hec halos halo halo halon o halos.

Nominatiuo hic ⁊ hec eugeos eugeo eugeo eugeon o eugeos.

Nominatiuo hoc eugeon eugeo eugeo eugeon o eugeon.

¶ Quarta declinatio.

QUarta grecorũ noim declinatio q̃ masculinoꝝ ⁊ femininoꝝ ⁊ cõĩũ duorũ gñm est in os per o micrõ terminat ⁊ neutroꝝ in on etiã p o micron. Quoꝝ gtũs in u desinit on siue on vel mutata in u:vt hic logos logu.hec odos odu.hoc xilõ.xilu. Dtũs fit a gtĩ mutata i o mega vt logu logo:odu odo:xilu xilo.actũs fit a nõiatiuo mutata in n.vt logos.logon.hodos hodon.xilos xilon.ex regula neutrorum. Uctũs fit os nomiatiui mutata in e.vt logos loge.hodos hode.fm antiquos ho vctũs similis est nomiatiuo.vt hic logos o loge vel logos:⁊ hec hodos o hode vel hodos. ¶ In os ⁊ on desinẽtia que ad scđam declinationẽ latinã referunt q̃dã acuũt vltimã.vt acacos.pleonasmos.atticismos.soloecismos : ⁊ oĩa nõia possessiua desinẽtia in cos vt grãmaticos grãmatice grãmaticon.logicos rhetoricos.catholicos. Quedã acuũt penultimã vt arctos:logos: sophos:q̃dã acuunt antepenultimã vt caminos:ephebos:laremos:epiros:camelos. Quedã circũflectũt penultimã:vt euros:estros:achellos. Ex hac terminatione latini frequẽter tres casus vsurpant nĩm actm ⁊ vctm. Ouid.xij.me. Eacõ agnoscit summũ proleq; fatet. Idẽ in epi. Soluceret i speculis oĩs abydos erat. Idẽ. Utq; rogẽ de te ⁊ scribã tibi si qs abydos venerit:aut quero si qs abydon eat : sz abydo qz ablĩũ ẽ latinus accẽtũ hz latinũ:hoc est in penultima ex declinatione latina abydus abydi. Uerg.i.geor. Pontus ⁊ ostriferi fauces tentãtur abydi.

Nominatiuo hic logos logu loge logon o loge vel logos.

Nominatiuo hec abydos abydu abydo abydon o abyde vel abydos.

Nominatiuo hoc xylon xylu xylo xylon o xylon.

¶ Quinta declinatio.

QUinta declinatio grecorũ nominũ masculinorum ⁊ femininorũ ac neutrorum ⁊ cõmunium duorum que ad tertiã declinationẽ latinorũ referunt diuersas habẽt terminationes nominatiui de qbꝰ singulatim deinceps prosequimur. Quoꝝ gtũs erit generaliter i os vt acas acantos. Dtũs fit a genitiuo os mutata in i vt acantos acanti. Actũs fit i datiui mutata in a vt acanti acanta . Uocatiuus plerunq; similis est ntõ.vt acas o acas attice:cõiter a acan. Nominatiuꝰ pl'alis q̃ frequenter a latinis vsurpat fit a gtõ singulari os mutata in es.vt acantos acantes. Neutra tñ ex regula generali in a desinunt os genitiui mutata in a vt epigrammatos epigrãmata. Gtũs pluralis fit a genitiuo singulari os mutata in on per omega:etiã necesse est vt in habẽtibꝰ accentũ in on per antepenultimã:mutet in penultimã: vt acantos acantõ.: epigrãmatos epigrammaton. Dtũs nõ vsurpatur a latinis. Actũs pluralis qui frequẽter vsurpatur a latinis fit ab accusatiuo singulari addita s.vt acanta acãtas. Uocatiuus similis est nominatiuo eiusdẽ numeri.vt acantes o acantes.

¶ De genitiuo quinte declinationis.

¶ In a desinẽtia que oĩa ad tertiã declinationẽ latinã referunt:breuiãt illã a tã in recto q̃ in obliquis : possuntq; habere acutũ in penultima:siue illa sit breuis siue lõga:vt dogma:dragma. possunt ⁊ i antepenultima penultima existente lõga:vt peripsema:anadema.diadema.athyma:apothegma.aenigma: quedã circunflectunt penultima vt acma.asma.asma.doma.zoma.poema.scoma.bema.q̃ omnia faciũt genitiuũ assumpta tos.vt dogma dogma-

tos.d: ag.na diagmatos. Latini et hac terminatiõe genitiuum pluralem frequẽter vsurpant: sed mutãt accentũ in penultima: ppterea q̃ vltima est longa: q̃ scribitur per omega: vt grãma grammaton. epigrãma maton. Mar. Argutia epigrammatõ liuetus. hinc illud ineffabile dei nomẽ qd ab hebreis quatuor literis scribit iod: he: vau: he. p̃ q̃ ipsi legũt a aonai: tetragrammaton a gre. di. q lemẽs quoq̃ a nostris frequẽter citatur in libris peritromaton.

¶ In iota vel in ypsilon nõia sunt neutra greca: sed q̃ a grecis declinãtur apud latinos indeclinabilia sunt. Dissyllaba accentu habẽt in prima acutũ vt moly. e.a. fimmi. cõmi: meli: sed ab eo cõposita in antepenultimã trãsferunt accentũ: vt hydromeli. enomeli. oximeli. Polysyllaba vero antepenultimã acuũt: vt piperi: cinnabari: sinapi q̃uis penultima sit longa: vnde a latinis penultima circũflectitur vt sinapis: et mittũt apud illos genitiuum in os parum: vt moli molios. cici cicios. simmi simmios. commi cõmios. meli melios. Neutra vero a cõmunib⁹ duorum generum in is terminatis antepenultimã acuũt: et ad modũ cõmuniũ declinant. vt hic et hec philopatris et hoc philopatri philopatridos. hic et hec phygopolis et hoc phygopoli phygopolidos. Latini ex hac terminatiõe casus recto similico vsurpant: vt Ouid. moly vocant superi: nigra radice tenetur.

¶ In omega desinentia omnia sunt generis feminini possuntq̃ reduci ad tertiã declinationẽ latinã: vt voluit Cesar: habẽtq̃ accentũ in vltima: mittũtq̃ genitiuu i os. vt dido didoos. sappho. sapphoos. clio. clioos. Calipso calipsoos: erato eratoos. mirto mirtoos: lapedo lapedoos. mãto mãtoos. Datiuum formãt os mutata in i et accusatiuũ i os mutata i a vt diodoi diodoa sapphoi sapphoa. clioi clioa. calypsoi calypsoa. Per synerisi tñ mutũt gtĩũ in us: hoc est oos mutata i us in qua suscipiũt accentũ circũflexũ: vt dido didus. sappho sapphus: clio clius: calipso calipsus. mãto mãtus. Latini ex hac terminatiõe nominatiuũ vsurpant et obliques synerizatos. vt Ouid. in purpurea. Penelopes primã didus si prima sequatur. Idẽ in epi. Sapph⁹. An nisi legisses authoris uola sapph⁹. Idẽ in .i. de arte. Nec mihi sunt visae clio cliusq̃ sorores. Accusatiuũ quoq̃ vsurpauit Uer. in iiij. en. Et nomine dido Sepe vocaturum. et hora. Colus fidibus canentem sappho. et Oui. in purpe. Atlãtiademq̃ calypso.

¶ In an plerũq̃ sunt masculina acuentia finalẽ: assumuntq̃ os in gtõ: et retinẽt semp a longã: vt titã titanos. peãnos. pelã nos. acarnã nos. pan panos. pro deo pastorum. nã pan generis neutri p̃ eo qd est omne pãnos semp facit. Composita vero penultimã acuũt vt hermopã hermopãnos. eupean eupeanos. Latini ex hac terminatiõne genitiuum et accusatiuum vtriusq̃ numeri vsurpant: vt Uer. viij. en. Panos de more licei. Idẽ in bucco. Mecum vna in siluis imitabere pana canendo. Idem sexto eneidos. Letum peana canentes.

¶ In en per e longũ masculina reperiũtur et feminina cõia duorũ generũ que partim acuũt vltimã: vt ex masculinis hymen. solen. lichen. aden. splen. zen. men. et ex femininis siren. troezen. partim acuunt penultimã. vt hic et hec arsen. terẽ: que oĩa os assumpta faciũt genitiuum: sed quedã retinẽt in obliquis e longũ: vt hic splen splenos: hic zen zenos. hic chẽ chenos: hic mẽ menos. hic damen damenos. hic solẽ. nos. hic lichẽ. lichenos. hec hellẽ hellenos. h circen cirenos. hec siren sirenos. hec trozen trozenos. Quedã vertũt e longũ in epsilõ. vt hic adẽ adenos. hic auchen auchenos. hic poemen menos. hic limen limenos. hic azen azenos. hic pichimẽ pichimenos. hic et hec arsen arsenos. hic et he. teren terenos. hec phren phrenos. hec glen nõ declinatur. Latini ex hac terminatiõe accusatiuos vtriusq̃ numeri vsurpant.

¶ In in per i iota masculina sunt feminina vltimã acuũt: habentq̃ plerũq̃ alterã terminatiõnẽ in is: mittuntq̃ gtĩũ in inis super nominatiui terminationẽ os assumpta. vt hic delphi vel delphis delphinos. telchin vel telchis telchinos: acti vel actis actinos: hec salamin vel salamis salaminos: eleusin vel eleusis eleusinos. thi thinos. Latini ex hac terminatiõe accusatiuũ singularem et nominatiuũ accusatiuũ et vocatiuum plurales frequenter vsurpant. vt Ouidius. Sensit delphina melantho. Uergilius in buccolicis. Orphicus in syluis: inter delphinas arion.

¶ In yn p ypsilon generis masculini siue feminini penul. acuũt: atq̃ os assumpta faciunt genitiuum penul. longa: vt hic phorchyn phorchynos. mosyn mosynos: po lyn polynos: hec gortyn gortynos.

¶ In on per o mega q̃ a i tertiã nõis declinatiõnẽ latinã referunt quedã acuũt finalẽ: vt sarpedõ. gerio. amazõ. antiphedõ. carchedõ. calcedõ. Quedã acuũt pe. vt zenõ. platõ. theõ. crotõ. demophoõ. lacoõ acherõ. medõ. Quedã circũflectũt vltimã: q̃. s. sunt ptracta ex acuto et graui: vt demophon p demophoon. psidõ p psidoon. laocõ p laocoõ. Que si habẽt i penul. ancipites: hoc est a et y ypsilon lõgas p omicrõ i obliq̃s declinent. vt hic machaõ onos. sicetaõ. onos. oratõ onos. opaõ onos. apiscõ onos. alcmanaõ aonos. lycaõ onos. elacõ onos. phaõ onos. amithaon onos. oriõ. onos. oriõ onos. amphiõ onos. hyperiõ onos. pãdiõ. onos. ethiõ onos. doliõ onos. dilophiõ onos. myrmidõ onos. nomiõ onos. iason onos. Habẽtia vo easdẽ ancipites añ o i correp. p o mega decli. vt amphitriõ onos. perithõ onos. pigmalion onos. eurithiõ onos. deucalion onos. eurethalion onos. endimion onos. actorion onos. anthemion onos. hippotion onos. Habẽtia vero epsilõ añ on o mega seruãt. vt alemeon onos. theon onos. eseõ onos. medeõ onos. limeõ onos. Sed habentia ae diphthongon ante on omega seruant: vt aegaeon aegaeonos. maeon onos. actaeon onos. quod etiam aliquando actaeonos per o micron facit.

¶ Exeũt quoq̃ nõnulla in ontos. vt cheron ontos. laocoon ontos. Sed de his explicatius p varias terminationes agendũ est. Latini ex hac terminatiõe plerũq̃ accusatiuos vtriusq̃ numeri vsurpant: vt acheronta. Uer. atq̃ imis acheronta affatur auernus. Laocon laocoonta. idẽ. illi agmine certo laocoonta petunt. demophoon demophoonta. Oui. in epi. phillid. expectes demophoonta tuum. platõ platona. Hora. Pythagoram anitiq̃ reum docentuq̃ platona. zenon zenona. Mar. Democritos zenonas inexplicitosq̃ platonas.

¶ In ban desinentia omega seruant: vt bubon onos. arrabon onos.

¶ In con sine chõ desinẽtia o mega sernãt: vt glaucõ onos, lacõ onos. glycõ onos. Sz ericon onos. omicrõ habet.

¶ In don desinentia o mega seruant: vt sidon onos. celidon onos. Aliquando omicron habent vt sidon onos. authedon onos. alpoedon onos. macedon onos. charcedon onos. calcedon onos, chelidon onos. mydon onos. sarpedon onos. vel onthcos. A duobus composita per nt declinãtur: vt charcedon ontos.

¶ In gon desinentia o mega seruant vt egon onos agon onos. Aliq̃ o micrõ hñt vt tigron onos. lestrigõ onos.

¶ In lon desinentia omega retinent: vt dolon onos. so. on onos.

¶ In mon desinentia o mega retinent: vt simon onos. strymon onos. timon onos. Aliquãdo per o micron: vt demophon onos. lacedemon onos. strymon onos. acdroemon onos.

¶ In nõ desinentia o mega retinent. vt daphnon onos. platanon onos. et similia zenon onos. sinon onos. menon onos. Aliq̃ per o micron declinantur: vt agamemnon. canon.

¶ In oon desinentia in ontos exeunt. vt laocoon: democoon.

¶ In pon desinentia o mega retinent. vt lampon onos.

¶ In phon desinentia o mega retinent. vt tryphon onos. typhon onos. circũflexa per an desinantur vt plurimũ et seruant semper o mega: vt demophon ontos. xenophon. ontos. agloaphon ontos. ctesiphon ontos. therophon ontos.

¶ In ron desinentia o mega retinent vt citheron onos. charon onos. treron onos. chiron onos. pleuron onos.

¶ In son desinentia o mega retinent. vt eson onos. teason onos. Aliquando per o micron declinantur: vt iason

onos oloafon onos.

¶ In ton desinentia o mega seruāt. vt pluton onos. platon onos: myton onos. craton onos.

¶ Nomina participalia per nt declinātur: vt phaeto ontos. chaon ontos. vealegon ontos. medon ontos. creton o ntos: archimedon ontos. amphimedō ontos eurimedō ontos. automedon ontos. laomedon ontos. phlegeton ontos. pelagon ontos. Que sineresim nō patiuntur per nt vt quemadmodum sua litterizata declinātur: vt demophoon ontos. democoon ontos. hypocoon ontos. aeglaphoon ontos.

¶ In ar habentia penultimā natura longā eandē circūflectūt. vt hemar. hepar. vthar. hidar. Monosyllaba vero acuunt: vt car. caros. par psar. dissyllaba penultimā acuūt. vt mecar. onar. demar. polisyllaba an r. penultimā. vt delcar. obar. aliphar. cariar. In ar itaque masculina et feminina assumpta os faciunt gtm̄. qd si sunt mone syllaba producūt a vt car caros. par paros. psar psaros. Si supra syllabā breuiāt illud a. vt machar charos. onor aros. desmar. aros. Neutra vo t atos faciūt gtm̄ a q̄ breui si sint polisyllaba. vt olear oleatos. antar atos. alim har atos. carcar atos. et dissyllabicorū aliqua natura lōga penultimātia in tos q̄z faciūt gtm̄: vt hemar matos. idar idatos. epar epatos. vthar vtha os. Penultimātia vero in breui faciūt gtm̄ in ros. vt hipar hiparos. thenar thenaros. nectar nectaros. phrear vero qd ex hac rōne debuit facere phrearos: et tlear flearos. phreatos. et fleatos faciunt.

¶ In er per eta que masculina sunt quedā acuūt vltimā: vt monosyllaba ther theros. fer feros. Et ex o syllabis quedā vt soter: ether: aer: quedā acuūt penultimam: vt iber. Monosyllaba assumpta os faciunt gtm̄ et seruāt eta longum in obliquis. vt ether etheros: pher eros. Sz supra syllabā masculina acutisonā si habēt t an. er. retinēt e lōgū in obliquis. vt luter luteros. soter soteros. oleter teros. Excipiuntur aster eros: pater eros. q̄ vertunt e longū in breue. Quod si non habēt t vertūt eta in bre. vt ether eros. ener eneros. et daer daeros. aner. aneros. spinter vero et eleuther spinteros et eleutheros per eta longum faciunt.

¶ In er grauisona si penultimam habēt longā vertunt e longum in breue: vt pier pieros. phrater phrateros: Et si penultimā habent breuem seruāt e longum. vt iber iberos. crier crios. pariter vero simplicis seruāt declinationem. Feminina in er supra syllabā mutant e longum in breuem. vt mater materos. meter teros. demeter demeteros. thigater thigateros.

¶ In er neutra que rara sunt appositione os faciunt genitiuum. vt cer ceros. ab eo quod cear ecaros.

¶ In ir per ei diphthongon appositione os faciunt genitiuū: vt chir chiros. phthir phthiros. ir ros. et ab his cōposita antichir antichiros. poluchir poluchiros. his adde martyr martyros.

¶ In or desinētia apud grecos oīa scribūt p o mega p̄ter hec q̄tuor. anor. calor. aor. etor. hēt aūt in or finita accentum in vltima aut penultima. Acutisona positione os faciunt genitiuum: seruātque omega in obliquis. vt phor phoros. ichor ichoros. Etiā grauisona habētia l ante or seruāt o magnū: vt telor: teloros. pelor peloros. Sed si nō habent l vertunt o longum in breue: vt nestor nestoros. hector hectoros. mentor mentoros. mestor mestoros. mnestor mnesto os: cum propriū est viri nomen: sed mnestor adiectiuum o magnum retinet.

¶ In or communia habent o micron in obliquis: vt hic et hec apator apatoros. ametor ametoros. pandamator pandamatoros.

¶ In or neutra o magnū retinent in obliquis vt helor heloros. tecmor tecmoros. heteroclita vero sunt scor scatos. et hidor hidatos. Ex desinentibus in r latini frequēter actōs vtriusque numeri vsurpant: vt ab eo quod est car. Oui. iiij. meta. Lyciasque propinquos caras adit. et ab eo qd ether. Uer. j. geor. Quodcunque illa leuem fugiens secat ethera pennis. Idem. aera per vacuū ferri. Ex nominibus terminatis in or prope semper actūs vsurpatur: vt hectora: hectora: nestor nestora: rhetor rhetora.

¶ In as que ad tertiā declinationē latinā referūtur: si sunt masculina penultimā acuūt: mittūtque gtm̄ i antos: vt tabas tabantos: acamas antos: agragas ātos. agamas antos. cas antos. alibas antos. nadrias antos. tabescas antos. aras antos. athamas antos. athalas antos. bibas antos. bibras antos. calcas antos. canas antos. caras antos. charidas antos. chelas antos. ciphas ātos. cribras antos. couphas antos. elephas antos. gigas antos. imas antos. licabas antos. midas antos. dedas antos. pallas antos. pelacas antos. periphas antos. phidas antos. hilas antos. phorbas antos. polydamas antos. prophes antos. psalgas ātos. telentes antos. theuthras ātos. theumas āthos. thoas antos: telmas ātos. Feminina vero vltimā acuūt: assumūtque in gtō d: vt acras acradas. lāpas ados. pallas ados. plias ados: monas ados. dyas ados. trias ados. hebdoas. hebdoados. egdoas ogdoados. decas ados. Archas vo vnum ex masculinis sequitur femininorum rationem. Latini ex hac terminatione genitiuos vsurpant: vt Lucanus in. ix. pallados in medio confecit pettore gorgon. Datiuum quoque vt Papi. l achilleide. palladi littoree celebrabat scyros honorē. et actm̄ vt Martialis. pallada pteres: res agit illa tuas. et fere actūs semper ab authoribus vsurpatur: et ab eo qd est opesas. Papinius in aū. theb. Nole lernei memorant opesanta coloni. Et ab eo qd est calchas. Uer. ij. eñ. Magno calcantha tumultu protrahit in medios. Reperiuntur quoque nonnulla que mittunt genitiuum in anos. vt melas melanos. talas talanos.

¶ In es er etā masculinā que ad tertiā declinationē latinā referūtur plerūque acuūt penultimā: mittūtque gtm̄ in etos. eque p eta: vt chares charetos. chrenies etos comes etos. craites tos. cures curetos. dares etos. eges etos. egetos tos. gloes tos. ignes tos. laches tos. lebes tos. magnes tos. mafies tos. masiles tos. meges etos. medes etos. myces etos. minos etos. morges etos. penes etos. netes etos. phtages getos. pides etos. pigres etos. pileos etos. planes etos. tigres etos. tapes etos. thales etos. Hec aliqñ mittūt gtm̄ l u: vt chares charu. comes comu. dares daru. gies giu. mices micu. pides du. piles lu. Monosyllaba q̄z acutisona l etos faciūt gtm̄: vt cres tos. agnes etos. thes thetos. Et acutisona pluriū syllabarū: vt arges etos. admetos. ables etos. homithnes etos. Et nota quedā latina que in sermonem grecum traducta amittūt n quam rursus in genitiuo resumūt. vt demes. entos. creses entos. prudes entos. pudes entos. vales entos. Composita a cleos quod est gloria circunflectunt vltimā et mittuntque genitiuum in cos per epsilon: vt agatocles cleos. pericles cleos. sophocles cleos. Latini ex hac terminatione accusatiuum vtriusque numeri vsurpant. Syllius libro. iij. illum sidonio fulgentem ardore tapeta. Papinius in theba. Altosque tapetas. Ouidius in epist. Uiginti fuluos operoso ex ere lebetas. Ausonius. Ficulibus fama est cenasse Agatoclea regem.

¶ In es diphthongon vnum reperitur femininum. hec des detos. et vnum cōmune duorū. pes qui facit pedos.

¶ In eus diphthongon que ad secundā declinationē referuntur: vltimā semp acuūt: mittūtque gtm̄ in eos vel eis et datiuum in ei solutas vel per sineresim cōtractas: actm̄ in ea. vctm̄ in eu. et nominatiui ablata. Latini ex hac terminatione oīa casus vsurpāt. vt pentheus pentheos vel penthei pentheo vel penthi. penthea o penthen. Marcia. Fles philomena nephas incesti thereos et que. Uer. in buc. Aut vbi mutatos therei narrauerit artus. Idē leodē. Orphi caliopea lino formosus apollo. Iuue. al: hinic ē bacchi thebas et therea fausti. Oui. vj. me. Si ve luere amborum: volnisti tu q̄z tereu: sed eu circunflectit per regulā octauā q diphthongus finalis habēs ypsilon in fine circunflectitur si totum acidit. Uergil. iiij. geor. Illa quis et me inquit miseram et te perdidit orpheu.

¶ In is omnia reducuntur ad tertiā nois declinationē latinā: quorū quedā acuunt vltimā. vt crepis: cucumis:

enletria. ⁊ omnia fere patronymica. vt priamis eneis thebais. Quedā acuunt penultimā vt paris. cratis. cypris ⁊ tyrum ꝟ thetis. mēphis. Quedā acuūt antepenultimā: vt sybaris. thamiris. adonis. theagnis. Charibdis. Sed illa propria masculina i dos faciūt genitiuum. vt adonis adonidos. paris paridos. theonis theonidos. habētia q̄z penultimam longam: vt ennis ennidos. gymnis gymnidos. latris latridos. Et a polis qđ est ciuitas composita masculina sola vel cōmunia: vt agesipolis dos. eupolis eupolidos: hic ⁊ hec phygopolis dos. apolis dos. Et cōposita a mātis qđ est vates: vt cocismatis dos. promātis dos. Et habētia an̄ is vnā ꝯsonātē: vt crathis dos. Sz habētia duas immutabiles in thos faciūt: vt ornis ornithos. mermis. mermithos. Monosyllaba ꝟo habētia i lōgū additione o in os faciunt genitiuum: vt cis cios. lis. lios. Appellatiua etiā ⁊ nō denominatiua que penultimam habent breuem: per os purū mittunt genitiuum vt echis echios. matis tios. ophis phios. Et quedam ꝓpria vt agis ios. agesipolis lios. anacharsis sios. busiris busirios. gaosis. gaosios. iphis iphios. sentis tios. sybaris rios. hamyris rios. zennis nios. Quorum aliqua per dos plerumq̄ inflectuntur. vt agis agidos. thamyris ridos. agesipolis agesipolidos. busiris busiridos.

¶ In is polisyllaba feminina nō hn̄tia duas terminationēs p dos faciūt gtm̄: siue sint acutisona: vt enemis dos. priamis amidos. ⁊ hmōi patronymica feminina: vt auletris tridos. coronis onidos. crepis idos. dotis. dos. pegasis dos. tragetis dos. Siue circūflexa vt bēdis didos. molis lidos. Siue baritōa. vt cipris dos. cytharis dos. despotis otidos. memphis memphidos. ens dos. menis dos. taratis dos Que aūt sequuntur per os purum declinanī acris acrios. asthlibis os. charibdis dios. rois roios. cisseris rios. dmois. dmoios: epithesis sios. geris rios hibris hibrios. lachusis lachusios. nemesis nemesios. megyris rios. panegyris panegyrios. sardis dios. sceptis psios. epiceptis psios. sois soios. timiathis thios. Et breui penultimantia: vt conis ios. spanis spanios. polis polios. ⁊ ab eo composita feminina solū vt acropolis ios. Aduertendū tn̄ q̄ illa que cōiter faciunt genitiuum in dos more ionico per os purum declinari possunt: vt paris dos vel parios: menis nidos: vel menios. thetis tidos: vel thetios: mēphis mēphidos vel memphios. Latini ex hac terminatione oēs casus vsurpāt gtm̄. vt Iuu. Curritur ad vocem iucundam ⁊ carmē amice thebaidos. Datiuū: vt Catullus. Morte ferox thesei qualē minoidi luctum. Sabinus in epi. demophoōtis ad phillida. phillidi demophoon patria dimittit ab vrbe. quibus in locis: q̄ i terminalis breuiaī: accentu greco sunt proferenda. Acīm quoq̄ vt Ausoni⁹. rex magis an regnū minoida sollicitat grex. Uer. ph. llida mitte mihi: meus est natalis iola. Papinius in calce thebaidos neq̄ tu diuinā eneida tenta. Uocatiuum quoq̄. vt idem in eodem loco. O mihi bis senos multū laborata per annos. Thebai. ⁊ Ouid. in epi. prima mihi nutrix coli dixit amas. ¶ Nominatiuus preterea accusatiuus ⁊ vctūs plurales vsurpant cū in es vel in as breues terminantur: vt acheloides vel acheloidas. cadmeides vel cadmeidas. belides vel belidas.

¶ In eis ꝺ phthongon per epsilō ⁊ iota ⁊ ois per oi diphthongon q̄z que sunt polisyllaba vni⁹ generis siue triū in entos mittunt genitiuū: vt seleis seleentos. simois simoētos. pyrois pyroētos. apois entos. charietis tos. tesmeis entos. phoneis entos Monosyllaba ꝟo masculina per eis diphthōgō per enos faciūt gtm̄: vt his henos. ctis ctenos. dis denos: ⁊ ab eo composita: vt medis medenos. vdis vdenos. Clis autē clidos facit: ⁊ anteris dos. Latini ex hac terminatione ntm̄ ⁊ actm̄ frequēter vsurpāt. Uergi. i. en. vbi tot simois correpta sub vndis. Idem in. v. hectoreos omnes tantum simoentaq̄ testor. Ouid. ij. meta. interea volucres pirois eous ⁊ ethon. Flaccus in arg. Et formidantem patrios piroenta dolores.

¶ In yx per ypsilon quedā circūflectūt vltimā vt ithyx: et ex monosyllabis myx syx: quedam grauant eandem vt typhyx. botrix necix: rhadamantyx: que oīa masculina sunt retinētq̄ in gtō ypsilon: ⁊ faciunt in os purum: vt ichthys icthiyos. mys myos. sys syos. triphyx triphyos. botryx botryos. necyx necyos. rhadamāthyx yos. Acutisona vero que ꝑ tria genera declinātur vertūt in obliquis ypsilon in es epsilon: vt ocyx oceos. tacyx taceos: bradix deos. ocix oceos: pachix pacheos. Horum neutra in ypsilon desinentia masculinoꝝ seruāt declinationem. Composita e simplicib⁹ in ys eodē modo inflectunī sicut sua simplicia: vt calychthys calychthios: quoniā ichthys yos facit. tribachys cheos. quoniam brachys cheos. Sed si aliter cōponantur: in dos faciunt genitiuum: vt epelys epelydos. neclys neclydos.

¶ In his feminina grauisona per ios mittunt genitiuum: vt pitis tios. chelis chelios. genis genios. Excipitur cosmithos. ⁊ chous choutos. Acutisona vero ꝑ dos declinātur: vt chlamys dos. pelanis dos. octocis octocidos. Oxitona preterea siue circunflexa habentia solum in nominatiuo i longum ⁊ in obliquis breue per yos purum declinantur: vt erimnis erimnios. thetis thetios: orphrys arphryos. dus duos. Aglis tamen aglithos facit: latini ex hac terminatione genitiuum vsurpant: vt Luc. in. i. thetios vnda vage lunaribus estuat oris. ⁊ Uerg. accusatiuum in bucolicis. que tentare thetim ratibus.

¶ In os per o mega monosyllaba acutisona siue habentia d: t: th: per os purū faciūt gtm̄ vt demos demoos. tros troos. thos thoos. Que ꝟo nō habēt i tos. vt chros chrotos. phos photos. Polisyllaba ēt oxitona: vt aptos otos. agros otos. hidros otos. ⁊ breuem penultimātia: vt monoceros rotos. rhinoceros cerotos. gelos lotos. eros erotos. Que vero longā penultimā: per o purum declinantur. vt heros heroos. minos minoos. Excipitur elos elotos per eta: q̄m elos erat per epsilon. Attici vero heto: gelo: niino: elo: dicūt o nominatiui remoto. In as duo sunt neutra circunflexa mittentia genitiuū in thos. phos photas. ⁊ os othos Martia. ab eo quod est rhinoceros accusatiuum vsurpauit in distichis. gestauit modo fronte me iuuencas: verum rhinocerota me putabis.

¶ In us per oy diphthongō a grecis scribuntur circunflectentia vltimum ꝑ vntos mittūt gtm̄: vt plac⁹ placūtos sinus sinūtos. opus opūtos. cerasus siuntos. anthem⁹ muntos. phicus cūtos. hidrus tos. hieric⁹ cuntos. trapezus itos: q̄ oīa per sineresim cōtracta sunt ab ois in us. vt opois op⁹. cerasois cerasus. Acutisona in os purū mittūt gtm̄: vt bus boos. nus noos chn⁹ chnoos. Excipitur pus cum suis cōpsitis q̄ mittunt genitiuum in odos: vt pus podos cātrapus dos. pipus dos. tripus podos. edipus dos: ⁊ edipus facit attice: declinaturq̄ apud poetas edipodes. edipode per primam declinationē. Excipiī quoq̄ odus odontos cum suis cōpositis: que omnia exeūt in antos sicut ⁊ suum simplex: vt archiod⁹ archiodontos. acinodus dontos. caulodus dōtos. Latini ex hac terminatiōe tū rectos tū obliquos vsurpare solēt. Uerg. x. est amathus: est celsa mihi paphos. Ouid. x. meta. at si forte roges fecundā amathunta metallis. Idem. i. de ponto. cede puer facta patroclus opunta reliquit. Luc. lib. meris tum p̄licua ata ruinas. Curtius. regionem inquit eam vsq̄ ad trapezunta ꝺefendere. Luca. in. vij. ⁊ subdita sipus montibus. Hinc sipuntos in gtō ⁊ sipunta in actō: vnde postea sipōtus: siue sipōtus ea ciuitas in apulia dicta est.

¶ In ns rs vel ls grauisona sunt: ⁊ per duas cōsonantes in obliquis declinanī: vt tyrins tyrinthos hermins herminthos. marcas marcatos per t exile: nam habentia a antē duas illas consonantes in thos mittunt genitiuum non habentia a in thos per th. Itaq̄ ex rōne hals altos debuit facere: sed vt seruaret da'cem nominatiui halos fecit. Omnis enim vocalis precedens liquidam si post eam sequatur d vel th tenuatur: ⁊ q̄ obliqui similes nominatiuo spiritus habent adiectiuum est ⁊ fecit haltos. Papin. in. iiij. theba. ab eo quod est tirhins accusatiuum vsurpauit: fuus erit in arma antiquam tirhinta deus.

¶ In ps finita nomina per p in obliquis declinanī: siue sint monosyllaba: siue polisyllaba ꝯposita: siue simplicia

sed polisyllaba penultimā acuūt: monosyllaba q̄ p accunt: vt ops opos: thops thopos. ciclops ciclopos: lelaps lelapos. euriops curiopos. excipiunt hec que loco p suscipiūt b in genitiuo propter harū literarū affinitatem: vnde t a latinis per b quoq̧ i genitiuo consueuerūt scribi: vt libs libos. nips nibos. phas phaboo: phleps phlebos. araps oos. calyps calybos. chernips chernibos. tharips tharibos. stria p ph cuips phos. catelips catheliphos. scraps scraphos. Aduertendū est qd in ops polisyllaba per o micron scribuntur: vt etiops pos meropo ropos. cecrops opos. cnops pos. pelops pos. Preterq̄ hydrops pos. cyclops pos. melops pos. canops pos. nycralops pos. cercops copos: scolops lopos: myops pos. conops pos. t etiam quecunq̧ deducūtur ab ops opos: quod est oculus: vt helicops helicopos. sicut econtrario quod ab ops opos: quod est vox omicron habent: vt merops pos. Latini ex hac terminatione accusatiuos vtriusq̧ numeri cum nominatiuo plurali frequenter vsurpāt. Horati⁹. j. sermo. Pastorem saltaret vti cyclopa rogabat. Uergilius. iij. eneidos. infandi cyclopas et altis montibus errant. Idem in. xj. eneidos vidit cyclopas Ulyxes.

¶ In ax quedā acuto accētu in penultima proferuntur: vt thorax: phear: anax: philax: chorax. quedā circūflectūt penultimam: vt aulax: climax: hylax: cyax que in obliquis c habent: thorax racos: phear acos: que aliquādo t cū c accipiūt: vt anax cos. vel anactos. astianax nacos. vel nactos. hyponax nacos. vel nactos. aulax. aulacos. climax climacos. Que vero a verbis in zo desinentibus deriuantur g accipiunt in obliquis: vt ab arpazo quod est rapio harpax pagos. a crazo. quod est voro cerax ceragos. a sphazo qd est iugulo aposphax sphagos. similiter atrax gos. lalax lagos. Sed dissyllaba masculina natura longā penult. habēt a productā: vt thorax racos. phear acos cax cacos. filax acos: plutax acos. Excipiunt hilax acos. t ciax acos. t fiax acos. positione vero longa penultimantia corripiunt a vt harpax gos. cecrax gos. Lcax autē t phear: t chordac a produxerunt: sed chabox indifferentē habet Superdissyllaba breui existente penulti. a p̄ducūt: vt hierax cos. ecophilas lacos. asphales xo asphalacos. corripiunt latini ex hac terminatione frequenter accusatiuos vtriusq̧ numeri cum nominatiuo plurali vsurpant. Iuuenalis. Uiridem thoraca iubebit afferri minimasq̧ nuces. et Martia. accipe belligere crudum thoraca minerue. Uergilius in septimo eneidos. vmbonum crates alij thoracas ahenos. Idem tertio. puerum astianacta trahebat ad soceros.

¶ In ex per e lōgā acuunt penultimam: seruātq̧ illud e longū in obliquis. vt myrmex mecos. narthex narthecos. scoplex lecos. pelex lecos. talex lecos. bex quoq̧ becos. hisplex ꝟo t ab eo compositum antisplex hysplegos t antisplegos faciūt. habentia vero o mega in penultima vertunt t longum in breue: vt aloper pecos.

¶ In ix partim acuunt penultimam: vt perdix. cilix: tetrix. partim circumflectunt: vt chenix: phenix: suscipiuntq̧ c in genitiuo plerunq̧. vt perdix perdicos: cilix cilicos. chenix cos. phenix nicos. Tetrix vero tetrigos et mastix stigos per g facit. ornix chos. p ch. Cōmunia autē que a femininis fiunt simpliciū seruant declinationē. vt hic t hec callithrix chos. qr thrix chos fecit: homothrix chos. qr styx chos. fecit. In lix vero finita correptū habent vbiq̧ vt cilix cilicos. helix cos. homelix melicos. Latini ex hac terminatione vsurpant accusatiuos cum nominatiuo plurali vt cilix cilica: cilices cilicas: phenix phenica: phenices phenicas.

¶ In yx per ypsilon partim acuūt penultimā: vt bombyx: bebryx. onyx: sardonyx: coccyx: ortyx. partim circūflectant eandem: vt ceryx: docdix. Masculina vero simplicia natura longa penultimantia c habent in obliquis: vt ceryx ycos. docdyx ycos ethyx ycos. tranyx tranycos. etiā cum positione longa penultimantia que habēt in vltima syllaba b vel g vel d vel pt. vt bōbyx bombycos. t penultimātia in e. vt eryx ricos: t habētia in penultima a fine g. vt adryx adrycos. Nam habentia g per d declinantur. vt pharyx rigos: larix larigos. q̄ nos p n enūciam⁹ pharynx t larynx. Supbisyllaba quoq̧ penultimantia in a g habent vt tarbaryx igos. Et penultimantia in o non illaton vel. vt coxcyx cygos. morryx gos. ortyx gos. quod t hortycos fecit apud philemenem. Item que a rhengo et zeago componuntur: vt prosophyx prosophygos. homoryx homorygos. Sz habētia n ch. habent in obliquis: vt onyx onychos. sionyx sionychos.

¶ In ox feminina multisyllaba per g declinantur: nisi alia ratio prohibeat: vt antyx antygos: pompolix pompolygos. petrx gos. Sz monosyllaba acutisona plerūq̧ g habēt. vt styx gos. Nix tamen nichos t nictos facit: apix apicos. ¶ Sciendum autem quod in ix simplicia habentia longa natura vel positione in nominatiuo solo y natura corripiunt: in alijs autem casibus producūt natura. Cōposita autem t penultimantia breui vbiq̧ corripiunt.

¶ In ox p o mega rara sunt eaq̧ fere monosyllaba acutisona: habentq̧ in obliquis c vt ptox ptocos. box bocos. Excipitur rox quod per g facit rogos. t ciomatrox cramoirogos: quia a trego quod est voro componitur g in obliquis accepit.

¶ In x habentia g ante x: quam. nos vt pauloante diximus quasi n proferimus per g. in obliquis declinantur: vt pharygx sine pharinx pharingos. larygx siue larinx laringos. menygx siue meninx meningos: sphigx siue sphinx sphingos salphigx siue salphinx salphingos: lygx siue linx lingos. linx vero p fera lincos facit. habentia tamen aliam consonantem ante x per c declinantur: vt olx olcos: sarx sarcos.

ente.

Elij Antonij. Nomen authoris et materia libri et is cui opus dedicat in hoc titulo cōtinet. De authore tu et materia alijs in locis plura dicimus. Is vero cuius nomine editiones tras primaz emisimus est Gutterius a toleto petrari ducis albani filius illo tpe schola rū pfectus: nūc epūs placētinus (Gutterium) quo nos nunc patruū magnū: hoc est aui paterni fratrē refert (A toleto) nō toletano: nam toletanus tolet natus: a toleto quoz maiores inde cognolati sunt. (Academie) trāslatio ē ab academia platonis ppe athenas. (Salmāticēsis) Nō salmanticinus vt indocti nūc loquunt. (B. M.) in epēdiuz sic scribebant antiq p bene merenti. (Apelles) hec pfacio duas partes cōtinet. Prima narrat causas cur secundā editionē fecerit: deinde cur illi potissimū opus dedicauerit. Et qr signū leuitatis cuiusdā videbat bis idē opus edere. Apellis exēplo se excusat. Ordo est. O psul nobilissime academie nrē. Apelles cous solitus erat ponere tabulas iudicādas ppl'o trāseunti. rc. (Apelles cous) et co insula nō lōge a Rhodo: q patria quoqz fuit hippocratis medici: neqz enim fuit iudeus vt qdā delirauit ducti illa rōne q. Hora. iudeos apellas dixit: qsi circūcisos et recutitos. (Alex. magnus) rex macedonū. (pingi se.) Ex plin. lib. xxxv. natu. histo. tota hec historia est accepta. Hora. quoqz li. ij. epi. Ne qs se pter Apellem pingeret: aut alius Lysippo duceret era in gemmis qqz vetuit se ab alio sculpi q a pyrgotele. (Cōtulisse) .i. addidisse voluminibus etiā editis q eā artē cotinerēt. (Captās) qsi ex insidijs aucupari volens. (Ex occulto. loco vbi latebat. (In pergula) id est i mēsa. est etiā pergula pulpitū vnde cōcionant: et fulcimētū p qd vites prēdūt ramos. (Iudicādas. Plinius. Post ipaz inqt tabulā latēs vitia q notarent auscultabat: vulgum diligētiorē iudicē q se preferēs. (A sutore.) plini. fertur inqt a sutore reprehensum qd in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas. Eodē postero die superbe cauillante circa crus indignatū pdijsse denūciātē supra crepidā sutor ne iudicaret: qd et ipm in puerbiū venit. (Sutrine.) Sic appellat ars sutorū sicut textorū textrina. (Alias partes) scz circa crus. (Ultra calceos.) Plin. crepidas dicit. (Quorsū) tā multa: qr nimis euagatus est redit ad ppositū. Nam multa scz dicta sunt vt ostēderē: respōdet interrogationi. (Ratiōe pfessionis.) Artis grāmatice (officij delegati) id ē cathedre mihi et salario decrete: nō alienū imo ppriū. (Ducerē) id est cogitarē. (prematurum.) an maturitatē. (Emisi.) publicani. (precipitet) acceleret. (In nonū annū.) alij codices habēt decimū: (cōtētio et efflagitatio) importune preces. (Genuissem) et concepissez intelligs. (Circulatū) id est cōsessus circulatū huc illud defert quibusdaz de rebus eniz qd articulos obliquis detraximus imitati sumus Joannē pastranā. impurare exprobrare. (Ne vsurpē) id ē in vsuz meū assumā qd Apelles dixit. (Huius itaqz.) cur hoc opus Gutterio a toleto dicauerit tres causas enumerat. Prima est quod intellexit semper res suas ab illo plurimi fieri. (Multis argumētis.) i. signis (Ab ineunte) .i. incipiēte. Deinde. secunda ratio qd est scholasticarū rerū iudex ordinarius. (Labores nostri) .i. opera: et est metonymie. (In censurā) i. qd iudicandū esset. huc accessit. Tertia ratio est qd vult haberi gratus et accepti beneficij memor. (Suppetat facultas) .i. subministretur. (Gratiam referre) .i. debitū soluere. (Expectes) s. a me gratiā referri. (habenda ratio) id est respectus: (alienū) .i. debitum. (Si non re) .i. effectu. (Accipies igit.) hec est operis dicatura. (Elucubratum) .i. vigilatū: et per vigilias elaboratam ad lucernam

Gutterius.

Toletanus.

B. M.

Apelles. cous.

pergula.

Adagium supra crepidā sutor nō iudicet.

Aelij Antonij Nebrissensis grāmatici introductionū latinarū in secundā editionem: ad preclarū adolescentē Gutterium a toleto Salmāticēsis academie psulē. B. M. Prefacio incipit feliciter. Epitome.

Apelles ex co insula pictores inter facile primus in alutariū qr sutoris psessionē iudiciū intētaret: cauillas intulit hic hrē: et qre secūdaz huius grāmatice editionem fecerit: et que sit grāmatice vtilitas.

Apelles cous a quo vno Alexāder ille magnus pingi se curauit: alios edicto phibēs: q plura solus i arte pingēdi q reliq oēs cōtulisse dr. q deniqz pictores cūctos an se genitos: et si dicēdū ē futuros fugauit: solitus erat academie nrē presul nobilissime āte q tabulas a se pfectas diuēderet/aut donaret: captās ex occulto vulgi sermonē illas in pergula trāseūti populo iudicādas proponere: vt si qd vitij esset in pictura iuste reprehēsuz emēdaret. Cūqz a sutore culparet qd i calceis nescio quid cōtra rationē artis sutrine pinxisset: postridieqz sutor circa alias picture partes cauillaret: ferunt Apellem ex latebris indignatū pdijsse: anonui isseqz sutorem: ne vltra calceos iudicaret: qd ipsuz deinde in prouerbiū venit. Quorsum tā multa de Apelle: vt ostenderē me in prima introductionū mearum editione fecisse tale quiddā quale Apelles i pictura. Nā cū et rōne pfessiōis et officij mihi publice delegati nō alienū ducerē in tanta scriptorū varietate opus illud qualecūqz fuerit cōponere: fateor me non satis prudēter fecisse qd opus prematurū emisi: neglecto Horatij cōsilio: q in arte poetica iubet ne precipitet editio: nonūqz premat in annū. Sed cū me cōtētio qdā incredibilis atqz amicorū efflagitatio cōpelleret qcqd illud erat qd genuissem i lucē edere: edidi tādē illa potissimū fiet spe: vt cū inter manus doctorū simul et indoctorū diu circulatū eēt: capto illorum iudicio: qd Apelles faciebat: siqd eēt vt recognoscerē emendarēqz. In quo fateor euenisse mihi nonnūqz qd Apelli cū sutore illo vt qbusdā de rebus ab indoctissimis sepe hoībus admonerer: et ex eorū sutura nōnihil operi meo adderē. Caueāt tn̄ moneo iputare mihi qd ab eis accepi: ne vsurpē ego i illos Apellis illd. Sutor vltra calceū nō iudicet. Huius itaqz secūde editiōis mee opus partim alieno iudicio/partim meo recognitū atqz emēdatū: tuj dedicarē potius q amplitudini tue nō habebā. Primū q multis argumētis itellexi quanti me/quanti studia me iam inde ab ineunte pueritia tua

faceres. Deinde quod nulli iusti° cõsecrãdi erãt labores nisi q̃ florẽtissime huius academie presuli: a quo potissimum castigaretur. si quid esset qđ in cẽsurã caderet. Huc accessit quod cũ non ea mihi suppetat facultas qua possim tuis in me beneficijs gratiã referre: sed neq; id tu expectes: babenda fuit a me rõ quẽadmodũ tantum es alienũ: si nõ re/ certe voluntate atq; animi gratitudine dissoluere inciperem. Accipe igitur opus tuo preclarissimo noĩe elucubratũ: non quod existimẽ te ita absũdare otio: vt vacet ea repetere q̃ fuerũt infantie tue studia: sz q̃ videor mihi quodãmodo tue ĩ me liberalitati profuse iniuriã facere: si nõ qcq̃d illud est qđ elaborauĩ° tuo potissimũ noĩe in vulgus exeat. Illud vero in prefatione hac lectorẽ admonem° nos ĩ toto ope illa tm̃ precepta secutosq; sunt in arte grãmatica vulgata magis: ⁊ q̃bus ad sermonis latini facultatẽ adit° facillime pari pot: idq; fecim° ducti ipsi° in primis (de quo tã multa dixim°) Apellis cõsilio: qui cũ Protogenis picturã: op° ĩmẽsi laboris ac cure supra modũ anxie miraret: dixit ea sibi cum illo paria esse: aut illi meliora: nisi qđ manũ ille d tabula nesciret tollere/ memorabili pcepto nocere sepe nimiam diligentiam in illa maxime doctrina/ que cum pueris literarum rudibus proponatur debet esse q̃ simplicissima. ¶ Vale.

¶ Elegia de patrie antiquitate ⁊ parentibus authoris. ¶ Epitome.

Bethicã humũ q̃ a bethi fluuio vt augurot denominat huius n̄i Antonij natale solũ laudatũ satis offendet lector siue ab antiquitate: siue illi° amenitate: siue a preclaris q̃ in ea sunt reb° v. nũc autem suos cũ tñ claros nullus dubitet: sententia preterit.

Est loc° hesperie qua bethis arũdine cinct°
In leuam campos influit: atq; tenet.
Dixerat hũc estus fluuio stagnãte vetustas:
Et vero Albinam secula nostra vocant.
Hic varium genus ⁊ volucrũ maris: atq; paludis
Excludit fetus: incubitusq; fouet.
Haud procul hinc colitur muro Nebrissa vetusto:
Quam Bacchus posuit littus ad oceani.
Namq; ferunt semele genitum gangetide victa
Inuasisse feros hesperie populos.
Et socio amisso a quo Lusitania nomen:
Dux erat. in Calpes littora vertit iter.
Cum vehitur curru per inhospita tesqua marisme:
Que sequitur tigris deficit/ atq; sitit.

¶ Ant. Infantie studia in grãmaticã. In vulg° exeat. i. publicet. Illud vero pceptum q̃d cã vi. ultimũ addit in calce huius pfationis. Adit°. i. accessus. Qui cũ progenis. hic pictor q̃q; erat: ad quẽ cũ Apelles videndi illũ gratia nauigasset: celebris illa cõtentio de lineis secãdis inter illos fuit quã vero hic dixit de pictura progenis ex Plinio prope ad verbũ sumptũ ẽ. Cure anxie. i. laboriose. ¶ Cum illo scilicet protogene. Nocere nimiam diligentiam in omnibus hoc contingit fere: vnde est illud sapientis. ne quid nimis. In illa doctrina scilicet grammatica.

Est loc°. Describit originẽ atq; antiquitatẽ patrie sue Nebrisse: dicitq; fuisse cõditã a libero patre iter estuaria bethis: q̃ tpe victor hispaniã peragrabat. Deinde dicit inde habuisse parẽtes mediocris cõditiõis. est loc°. hemistichium est. Uer. i. eñ. Est inquit locus hesperiã graij cognomine dicunt: sed Uer. hesperiã vocauit italiã: hic vero hispaniã. Nam qua rõne greci appellauerũt italiã hesperiã: eadem latini hispaniam hesperiã dixere. Bethis arundine cinctus atq; oliua pot° dicet ornat°: vt Mar. xij. li. epigrãma. Bethis oliuifera crinẽ redimite corona: sz arũdine cinct°s dixit: vel qz pcepte fluminibus coronas arũdinaceas dant: vel pp̃ Nebrissam estuariũ a noie dictũ arundinũ est crodecãnas appellant. In leuam. q̃m per estuaria Bethis in campos refunditur a parte sinistra. Atq; tenet possidet occupatq;. Dixerat hũc scz locum. ¶ Estus. i. estuaria. est autẽ estus ipsum maris cremẽtũ ex rõne cursus lunaris. ¶ Fluuio stagnãte. stagna autem illa non tam ex fluminis refusiõe q̃ ex colluuie imbriũ colligunt. Albinã. sic hodie dr. fuit aũt al quãdo estuariũ sed limo cõfusum est sicut alia multa. ¶ Secula nostra. i. homines nr̃i seculi. Genus volucrũ variũ. i. diuersorũ colorũ. Nã proprie varii a de colore dr: aut hoc est Tullius de finibus. maris et palludis. i. marinum ⁊ palustre siue lacustre. ¶ Excludit fetus. proprie excludere oua ẽ auiũ cũ fetus ex oui testa educũt. Incubitusq; fouet. nã incubare est ouis cũ crociũ insidere. est aũt histerõ pterõ: qz pri° incubãt: postea excludunt. Haud pcul. atq; Nebrissa inter estuaria Bethis cõdita fuit authore Strabone: Plinio et Ptolomeo: sed q̃ tpe alter aliene qui obli mat° est in mari prorũpebat nõ longe a turre capionis. ¶ Litt° ad oceani. i. nõ longe ab oceano. ¶ Nã q; ferũt. poete narrãt Semele genitũ bacchum filium iouis ex semele cadmi filia. ¶ Gãgetide subaudi terra. sic dicta ẽ indis a gange fluuio q̃ illã diuidit mediã: vt sit india intra gangẽ ⁊ extra gãgem. Oui. in metamorphosibus. gangetide terra dixit. ¶ Hesperie pplos. hispanos populos feroces. ¶ Uen. sic aũt bacchum in hispaniã mediã deuinctam vulgatum est apud poetas ⁊ historicos. ¶ Socio amisso. lyssia: a quo dicta est lysitania deinde ⁊ ypsilon verso in u. sicut in multis alijs lusitania inquit emerita ⁊c. In calpes littora. i. ad hispanie promontorium qua oceanus terras irrũpit. i. gibraltar et est dispositio. vt sit vero simile quod de fundatore Nebrisse dicit: nam cum constet bacchum a lusitania ad calpem venisse: atq; Nebrissam satyros q̃ in illius comitatu fuerãt incoluisse: credibile est ab illo fuisse cõditã. ¶ Per inhospita tesqua. i. deserta loca ⁊ aspera in quibus non est hospitium nam illud est tesqua apud Horatium in episto. Marisme sic vulgo appellatur hispanie ab indigenis: quasi marine: vel potius maritime. ¶ Tigris animal familiare baccho atq; in illius comitatu frequens atq; illi dedicatum. ¶ Deficit et sitit: id est sitis languescit.

Nebrissa patria authoris.

Hesperia.

Bethis oliuifera.

Estus.

Excludit.
Incubare.

Bacch° iouis ex semele filius.

Lusitania.

Tesqua.

Tigris.

¶ Antonio Nebrissensi Arius Lusitanus.
Dyrceo quantum Thebe memorantur alumno.
Uersus palladia cuius in ede micant.
Aut quantum lesbos plectro spectabilis aureo
Exultat numeris docta puella tuis.
Culta sua tantum felix Nebrissa poeta
Bellerophonteis arua rigauit aquis.
Miscuit hic sacris chorum permessidos vndis:
Barbaricum nostro repulit orbe genus.
Primus et in patriam phebum doctasq; sorores
Non vlli tacta detulit ante via.
Pegasidum antiquus puro de fonte sacerdos.
Nostra per ausonios orgia ferre choros.
Ore potens vario est: seu condit amabile carmen:
Dulcior andino defluit ore liquor.
Seu velit orator lingua dixisse soluta:
Eloquium dices hic Ciceronis habet.
Ipse triumphali redimitus tempora lauro.
Uiuus sydereas incipit ire vias.
Uiuet in eternum: viuet tua musa decusq;.
Antoni: Aethereus dum vehet astra polus.
Hec te fama leuat nullo interitura sub euo:
Hec facit vt volites docta per ora virum.

¶ Idem Arius ad lectorem.

Tempora rhemniacos contēnant nostra libellos:
Dictaq; Aristarchi iudiciumq; graue.
Priscorum quicquid dictarunt corda virorum:
Hec breuis Antoni docta pagella docet.
Si via longinqua est: hec ars compendia monstrat.
Si timor: hec tuta per freta lyntre vehit.
Carmine demulcet melius quo seruet odorem
Testa recens: paruo pondere gaudet hilas.
Liuor edax maciem atq; atros rubigine dentes:
Tuq; tuum nasum comprime rhinoceros.
Inuidia rumpi: neq; quicq̄ liuor obesse:
Nec poteris quicq̄ tu quoq; rhinoceros.

¶ Finis.

¶ Antonius ad lectorem de literis grecis.
Litterulas grecas fluxerunt vnde latine
Si quis nosse cupit: longa terenda via est.
Ut culmen teneas: subeundi mille labores:
Rara quidem res est: at preciosa tamen.
Maiores maiora petant: nubi parua secuto
Sufficiat pueris prima elementa dare.
Illa modo sine quis non constat sermo latinus.
Et que si spernas: mox habeare rudis.

¶ Eiusdem Antonij in grecas literas prefatio.

Qui literarias introductiones antehac latinis tradiderūt: imo vero qui lōgiores cōmentationes ex instituto grāmaticē professi ediderūt: nullam fere partem attigere: in qua non aliquid ex greco desumpserint: ita tamen scripserunt: vt cū vtriusq; lingue gnaris ⁊ non pueris rudibus ⁊ indoctis loquerentur. Nam ⁊ cum de literis deq; dictionum orthographia disputant: cum de accentu atq; syllabarum quantitate: cum de nominū etymologia ⁊ declinatione: cum de partium orationis constructione: totam rationem inchoatam relinquunt: atq; nos ad grecos authores mittunt. Grece vero litere qua via nostris hominibus tradi possint: non est in promptu: propterea quod preceptorū non minor est penuria ꝙ librorum: sed quod magis obstat: est incredibilis hominū veternus: qui adeo ad hanc vnam rem obtorpuerunt: vt iam mōstro simile habeatur: si quē viderint greca legere nedum loqui aut intelligere. Ego vero cum in meis introductiōibus multos locos ex greco pendentes inchoatos reliquissem: communicata re prius cū Ario lusitano: a quo vno si quid vsq; est grecarum literarum apud nos emanauit: ausus sum facere quod alius harum rerum peritior facere debuisset: non quidē omnia que sermo latinus ex greco fonte desiderat: sed illa tantum sine quibus introductiones nostre constare nō possunt. Et quia non contingit nobis grecarum literarum typos omnes habere: ⁊ quod omnibus quibus precepta nostra scribuntur ignote sunt: vsi sumus magna ex parte latinis. Que tametsi authore Plinio satis commode possunt grecas omnes designare: nō tamen semper id assequi possum⁹: cū ex diuersis lr̄is plerūq; eadē vox efficiatū: ⁊ ex eadē voce diuersos sensus cōiectare liceat: vt quod eta: iota: ei ⁊ oi diphthongi eundem sonum nobis exhibent: ⁊ alia ad hunc modum. Imprimis itaq; literas grecas ⁊ earum nomina grece ⁊ latine e regione scripta preposuimus: ⁊ de illarum prolatione nonnihil adiecimus. tum de diphthongis ⁊ accentibus aliquid attigimus: de nominum deinde declinatione simul et accentu (cuius rei gratia hunc laborē assumpsimus) pro captu nostro hec fuerint a nobis degustata: qui vlteriora nosse desiderant ad grecorum scholas illis eundum esse moneo. Nam ego is sum qui neq; tardos opperior: neq; precedentibus insto.



Epitome.

Hoc caput de literis ꝛ declinatione greca quantum sit satis latinis tractat: vbi que ꝛ qualiter ad nos transeant ille litere.

Alphabetum Grecum ꝛ Latinum.

α	βϐ	γ	δΔ	ε	ζ	η	θ
αλφα	βητα	γαμμα	Δελτα	εψιλον	ζητα	ητα	θητα
Alpha	Beta	gamma	delta	epsilon	zeta	eta	theta
a	b	g	d	e breuis	z	i	th
ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	ϖπ
ιωτα	καππα	λαμβδα	μι	νι	ξι	ομικρον	πι
iota	cappa	lambda	mi	ni	xi	o micron	pi
i	c	l	m	n	x	o breue	p
ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω
ρω	σιγμα	ταυ	υψιλον	φι	χι	ψι	ωμεγα
ro	sigma	tau	ypsilon	phi	chi	psi	o mega
r	s	t.	y grecum	ph	ch	ps	o longum

Quatuor ꝛ viginti litere sunt in vsu apud grecos in hac serie.
Priscianus bipartito superlatiuū exposuit Pla. doctissimus. i. valde doctus: ⁊ Achil. fortissimus grecorum. i. super oēs grecos fortis. Quarū vtriq̄ expositionum refragatur Ual. sed an recte dissentiat ⁊ refragetur aduertamus. Adducit Ual. ratione quare neutrum alteri cōstet. Sed prius hanc. quid enim absurdius q̄ cum exponamus comparatiuum per comparatiuum superlatiuum per positiuum exponere: vtamur nos arithmetico exemplo: vt si in proportione equalitatis cum conferas quinq̄ ad quinq̄ in eadem proportione conferre conetis decem ad vnum. Qd fieri prorsus non pōt. Posteriorus etiā hanc si Achil. esset super omnes grecos fortis cum idē grecus sit: esset pariter fortior se. Qd neq̄ dici neq̄ intelligi vllo mō pōt esse: vt si vellas dicere mundus complectitur oia: intra omnis est mundus: sese igitur cōplectit mund⁹. qd min⁹ potest q̄ qd de numeris paulo diximus ante quippe respectu eiusdē idem et continens ⁊ cōtentum esse non potest: his tandem rationibus monstrat Ualla grāmaticis nostris Puscianum defecisse in superlatiua expositione: sed non forte est cōspiratis vir plane eruditissimus: siue q̄r tunc dialectica exciderit memoria: siue quia cum grammaticis agebat: vtpote nihil cauillationum sentientibus: ⁊ inde fidem facile habituris abditam captiunculam: quā reserabo breuissime.

Suplatiuū est duplex.

¶ Est autem duplex superlatiuum: cōparatiuum alterum: item alterum absolutum. Quotuplex etiam comparatiuum nomen vt author est Qui. qui ait: vtimur vulgo comparatiuis pro absolutis. Qd apud Cic. frequēs ē: atq̄ est tale aliquid in causa quominus esse non potest. quā relationē ipse Ualla conscripsit. cōparatiuū ait ille (vt in summa colligam) inter duo esse superlatiuum vero inter plura: que numerorū ratio quoties deficit: nihil nec comparatiuum nec superlatiuū censeri potest: qd cum ita sit: miror Uallam Plato doctissimus inter superlatiuos locat ones numeralle. Nam cū Pus. exponit Plato doctissim⁹. i. valde doctus. Dictio illa doctissim⁹ absolutum superlatiuū est. i. no superlatiuum: vix dixerim leo pictus: nō leo: equiuocatiōe igitur Ualla deceptus fortasse est. A comparatiuo cōparato ad superlatiuum absolutū argumentatus: quorū ratio tam apposita q̄ quod appositissimū comparatiuum quidem comparatum liceat exponi per cōparatiuum: leo fortior. i. magis fortis. Nam cōparatiuū absolutū pro positiuo plane accipitur: vt Ualla ipse colligit dicēs. tristior pro plane tristis scriptū est quādo si superlatiuum comparatiuo conferas superlatiui vim plane etiā positiui habet. i. a cōparatiuo eque deuincit: ac si esset positiuum superlatiuū ipsum. dicim⁹ eni sum miserior te: miserior te miserrimo: sum miserior te misero. Cice. ad Ter. ego aūt miserior sum q̄ tu que es miserrima. Ouid. in ibin. qui mala cū tuleris plurima plura feras. vnde si qd emo mirabit si in vna eadē q̄ clausula cōparatiuū cōparatū cum superlatiuo absoluto: aut superlatiuum comparatum cum cōparatiuo absoluto ceciderint. Mella libro. ij. india alit formicas nō min⁹ maximas canibus idē in eo. lib. ganges sit omnium maximus alicubi latior. Nisi velis subaudiēdo superlatiuum absolutū cōparare maximas formicarum aliarū regionum ⁊ comparatiuum absolutū item comparare alicubi latior q̄ illic. Sed animaduertas rogo quātā cū positiuo superlatiuum habeat affinitatem. Qd ex eo vel facile agnoscas: qd superlatiuum ab altero superlatiuo deducere nō formidarunt. Nam ab extra extremum ⁊ ab extremum extremissimū: et a post postremum et inde postremissimum extulerūt. Tertu. in apolo. extremissimi th̄ eorum non reprehendūtur. Gel. libro. xi. omniū nationum postremissimum dixit. Uox vero illa que effertur in imus a. um. sine significatiōe superlationem causari non potest: vt claustritim⁹ finitim⁹ legitim⁹.

Extremissimus postremissimus.

¶ Seruius honoratus idē ipsum sentit superlatiuū pro positiuo accipi sepenumero oportere: exponēs illud Uergi. quo primum iactati vndis ⁊ turbine penitus primum. i. simul exponitinā secundo ad aphricam non venerūt: non tertio: sed fac supradicta voluisse nihil: qd probat modo Ualla qd vl potissimum erat probaturus: vt ad eius inuentum redeamus. valde aduerbiū superlationem non significare. Quū sint multa nomina positiua ⁊ constructione superlatiua: vt summus: imus: vnus: solus. Lu. lib. iij. ⁊ summus olympi cardo tenet thetim. i. vltimus. Pli. li. ij. summum est qd vocant Saturni sydus. i. vltimū. Quin. lib. j. altius th̄ ibunt qui in summa nitentur: plus eni significabat summa q̄ altius sz euidēti⁹. Ci. li. ij. thus. est summum quo nihil est superius. Pli. iunior lib. ij. qui cum magna ⁊ maior p̄dixisset: tandē superlatiui loco summa adiecit. Magna inquit iscum fama precesserat: maior inuentus est: summa est facultas. a summus a. um. summe aduerbiū nascitur vt a valid⁹ a. um. valde qd non minus q̄ summe superlatiuū aduerbiū esse potuit. Cic. li. xiij. epi fami. fabio romano vtor valde familiariter. i. familiarissime: nā illū aliqd adiecit aduerbio illi familiariter: qm si secus esset supernacaneū adiecisset valde: sed nō cōparationē adiecit: igitur superlation⁹ absolutam: non enim alij gradus preter tres apud latinos inueniuntur p̄sertim q̄ ipse Cice. ad paucas lineas. sed epi. ol⁹ se exposuisse visus est quā dixit Cneo octalicio vtor familiarissime. ac si dixisset valde familiariter. Quid qd ⁊ ipse Ualla assentitur ca. de superlatiuo vbi monstrat superlatiuū per positiuum: ⁊ valde exponi posse. ait eni veluti si i duas partes diuisas ciuitas sit: vt bello ciuili Pompeij ⁊ Cesaris. Recte dicas maior pars q̄ritū sequebatur Pompeiū: minor cesarem: non aūt maxima aut minima: nisi accipias pro valde magna ⁊ pro valde parua minima n. hec Ualla Uideamus vicissim interim an illa Ualle expositio Plato doctissimus. i. valde doct⁹ satis sibi cōstet. Mihi autem satis liquet elenchum per eā effici oportere qd q̄ sit fedissimum Aris. in elenchis plane demonstrat: quod sic colligam⁹. scribit Ci. epi. li. x. ad Maciū dno illa verba maxime maxima ex one tu maxima. i. maxime magna: collige maxime maxima. i. maxime maxime magna: q̄ elenchus esset manifestari⁹: quod licet reperiri illud Quin. l extremis maxime syllabis. ⁊ illud interpretis ethice magne Ar. st. Non q̄netiam sit optime optim⁹ ⁊ que sequuntur optime optimus. i. optime: optime bonus. Cape iterum exponendo illud p̄us optime. i. plurim ū bene collige optime optime optimus. i. plurimū bene optime bonus: atq̄ expone denuo illud sine plurimū sine optime que eque superlatiua sunt exponenda. que cum exponas simili expositione i locos exibis: ⁊ grammaticorum cetui risum facies: etiam processum prolatabis ad infinitum: quem eruditissimus quisq̄ semper effugit: sed h̄ his spinosiores physiologi viderint vestigati⁹. hoc tamen habeo compertissimum latinorum neminem sic nec loqui nec interpretari vnq̄. hactenus de priori in illa superlatiui absoluti expositione: accedat igitur altera: que cōparatiui ⁊ superlatiui in qua nō minus discriminis lateri videtur grecorum fortissimus Achilles negat Ualla exponi debere super omnes grecos fortis Achilles: nā tunc sese fortior foret. Achilles. Quādo achilles grec⁹ fit. Tallione pene pari prestigiabor ⁊ ego Cicero. autem ductus illa Pub. Nigidi. omnium doctissimo: igitur Nigidius sese doctior erit: non illud omnium excipit neminem. quocirca non video cur tantum iniurie Prisciano debeat fieri. Si eadem ratione ceteris authoribus fieri non constet. Quum presertim Pus. defensionem ex superlatiui diffinitione eruere possimus. Si aūt vterq̄ superlatiuū esse qd ad plures sui generis cōparatur: genit⁹ modo ille sui litem dirimit quod non a p̄mitiuo sz a deriuatiuo pronomine nascitur. Itaq̄ Ach. l. fortissimus nō sui: sed sui generis: id est suorum non ad se comparari constat: vnde sequitur male exponi: igitur fortior se: qd erat inconueniens quum ad se comparari nō cōstet. Non igitur magis illud super omnes capiat Achil. quam omniū doctissimo Nigi. cepit: liceat igitur Pus. eadem ratione euadere: qua Cic. omnium eloquētissim⁹ est vsus. hinc arbitror

Suplatiu⁹ sepissime p positiuo accipi solet.

Suplatiuū p positiuū ⁊ valde exponi potest.

et hoc quidē periculo meo maxime esse animaduerterim. in omni superlatiuo cōparato aliquod relatiuum diuersi
tatis semp vel latuisse: vel expressum iuisse: qua diuersitas illa superlate rei ⁊ eorum ad que cōparatio fit. explicat:
vt hic Achil. grecorū fortissimus subaudi ceterorū ab Achil. Qđ etiā relatiuum ab idoneis frequenter authoritꝰ
exprimatur. Uer. ipse ante alios pulcherrimus oēs infert se sociū Eneas. Cesar in cōmentarijs. dissimillimus reli
quorum ducum. Lau. in alio interpretatione: fortissimus inquit pre ceteris omnibus est. Unde hanc suspicandum
est esse causam cur Lau. posse dici negat hec est pulcherrima suarū sororum. Nam soror vna est: suarū non est: quā
suarum identitatis non aūt diuersitatis relatiuum reciprocum est. Quod suplatiui locutio plurimum reformidat.
hinc elici potest omnes has locutiones nullius esse latinitatis. Multe sunt insule sed illarum Sicilia feracissima
est. Nam Sicilia insularum est: sed illarum non est: tunc eī esset feracior se. Horum quinqꝫ digitorum longissimus
est medius. Qm̄ si longissimus esset horum: ⁊ hi sunt quinqꝫ: tūc esset plus lōgus q̄ quinqꝫ digiti: aut medius esset
longior se. Idētidem. Terētij comedie sunt sex: quarū Andria est prima. nā andria est comedia. sed quarū nō est.
Nā quarum cum sit relatiuum idētitatis refert sex comedias: qđ fuit añcedens. Tunc aūt andria esset magis pri
ma q̄ sex. Quo fieret aut qđ comedie essent septem: aut qđ andria esset prior q̄ sit. i. prior sese. Que omnīs sensuz
fugiunt cōmunē. ¶ At si illi genitiui suarum illarum horum quarum ex vi possessionis: nō autē ex vi nominis su
perlatiui regātur: ⁊ grāmatice ⁊ latine dici possunt: nā quando dicitur. Quarum andria nō est prima: si illa dictio
primo nō dicat excessum superlatiū: sed esse tm̄ vnā comediā illarum possessionis quidē est reginē: nō autē supla
tionis: quo regimine Mella scripsit lib. ij. grādia flumina emanāt. Quorū tuberationē ⁊ aruſarū notissima acce
ptimus. idē proprie fieret si aliquis numerus superlationi cōtingeret: vt si dicere velis quinqꝫ digitorū medius est
longissimus. illa dictio digitorum possessione non aūt superlatione consto regi: quod si secus foret digiti necessa
rio essent sex: colligamus denique q̄ in cōparatiuis cōparatiis vim quādā diuersitatis semp inesse: quā si negligas se
penumero superlatiua se stirpitus pessundabūt. Sueto. in iulio. Cesar primus olm instituit. subintellige aliorū a
Cesare: ntūs ille olm superlate rei exceptionē patitur. ei In noībus tm̄ collectiuis in quibꝰ aliqā suplatio fit huiōi
diuersitatē relatiui nō exigimus Nā tūc duorū gñm pprie sexꝫ p eundē diuersitas est. Seruiꝰ Sulpi. ad Cic. Nos Sueto.
in nobilissimo orbis terrarū gymnasio locū academie delegimus. Nolim orbis subintelligi alterius. Nā grecia or
bis est: alteriꝰ nō est. Qđ aūt mella scripsit li. iij. Taprobane prima pars alteriꝰ orbis est: nō nacet vbi cū superla
tiuo prima alterius relatiuū diuersitatis adiectū ē nō ex natura superlationis: sed possessionis regitur. Si ergo
superlatiui tanta pertinētia est: quod a se nunq̄ referri ⁊ recēdi queat: quo poterit modo fieri: vt licet Achilles sit
grecorū fortissimus omniū: inde etiā sit fortior se aut super se. quidquod illa Ualle expositio suspīsus disturbari ē
pōnibus. Achilles fortissimus grecorū. i. maxime fortis grecorū q̄ cū sit grecꝰ: putabit magis maxime fortis q̄ sit ⁊
ipse fortis. qđ nō minus mihi derisū apparet. q̄ qđ in Pris. vitio datur: siue exponas Achil. fortissimꝰ grecorū. i. in
ter grecos maxime fortis: nā tūc quum sit grecus Achilles esset fortis super se. Que locutio adhuc nescio qđ cau
de secū portat. Quocirca si vniuersitatē relatiui illā de qua tam multa fecimus verba intelligimus neutri cauilla
tiões intercedēt: tā igit̄ illud sup oīa nil nocere pōt: veluti oīa demat nullū: vñ. Achil. quidē excipitur. Ex idioma
te eīn sic latini loquebant̄: vt iā ostēdit Cice. Nigi. olm doctissimo. Sueto. olm primꝰ. Mella olm maximꝰ. l quibus
gñis ille olm cetera distribuit atqꝫ capit preter illud qđ superfertur: par ter igitur actūs ille oīa grecos capit: atqꝫ Uallam
distribuit preter achillē: qđ qđ hec dictio oīa apud summos latinos frequenter exceptionē patitur: sꝫ breuiari cō Prisciano
sulens vnū Cic. exemplū duxerat afferam: quo res liquescat: ⁊ ad Marcellum epi. li. iiij. vt me non solum oīa debe ⁊ immerito
re tua causa: sed ea que non possunt idē inibi. ad oīa que tu velit: ita adsim presto hic vero omnia vtilia: honesta preter.
iocunda: intelligit. nō aūt hīs cōtraria: q̄ nō oīa olm sint capacia. hec illi. Prisciā. fortasse afferent eruditissime in
Joānes in defensionē suā: aut qui sunt eruditioni r maiores fortasse multa prestātiora: quoruꝫ sule an plane vece
dā post videro. Ego medius fidius potius Ualle q̄ Prisciano operā nauo: atqꝫ dū vixero nauabo. Malleqꝫ eū Ual
la millies mendaciū dicere q̄ eū Prisciano nunq̄ errare. sed vt dicimꝰ: exercēdi mei rationē habui: nō quidē sectā
profitendi. Ponemus interim in huius questiuncule superlatiui exponendi calce latinitate vulgaria qđā q̄ non
albus sunt in propatulo cuiusmodi est Paris est pigrande de Roma: qua non Milano. Parisius est maior Roma
supra q̄ mediolanū: aut Mediolanū est maiꝰ Roma preterq̄ parisiꝰ: aut Parisiꝰ est maior Roma q̄ Mediolanū: sꝫ
qꝫ vltimꝰ hic loquēdi modus pꝫ raro appareret exēplo pbādū est. Mella li. iij. Spaciū dimidio minꝰ sit ē ubi ad
latus se extēdit. ¶ Idē yo recebi trenta gillande pit. de tregiētes. sum sortitus serta plura trecentis triginta: si Colu.
ue sum sortitus coronas plures trecētis triginta. Col. li. iij. quo est fermentatū plus dispodio semisse. Rursus yo
posseo dos casas menos de dezi: seis: possideo binis minꝰ sexdecim vt deniſſenis edce. siue possideo duabꝰ minꝰ
domos. ei. dꝰ qđ facere poteris si inueneris adest: qđ mihi tā erit iucūdū q̄ quo nihil esse pōt iucūdius. Uale.

¶ L. Christophori Bethici Scobaris ad eruditum eundēqꝫ amicū eximiū Marianum Acardum Reuerēdissimi. d. Raynerij a montoro episcopi Cephaleditani Auricularium in Laurentij Uallensis Caput de facio vt expositio.

Ego vero mi Acarde si quid vnq̄ mihi fuit negotij cū re difficili aūt opinor: frequēter difficiliꝰ nūq̄ elabo
rabo aliūd: sed quo mihi l quidē magis putē elaborasse: versatūqꝫ fuisse: q̄ quādiu me l Ualle capite ex
ponendo de facio vt exercui: cuiꝰ sensum cū viderer plane iā percepisse: atqꝫ e uestigio animū alio diuer
terē: redeundo exhaustus eodē sensu videbar. hoc tm̄ nostra expositione vel mediocriter intuenti spera
mus cuncta magis fore perspicua. Expositionem igitur fausto aggrediamur: ⁊ tu bene vale.

Quintus fecit: ⁊ que sequuntur. Scribit differētia inter facio ⁊ quomodo rei alicuius simul principium et Facio.
finē inducit ab eo quomodo idē verbū facio vel horum alterū vel vtrūqꝫ distincte articulatimqꝫ signifi
cat. Appellat autem Ualla principium causam instrumentaliter efficientem: que alicuius finis assequen
di principium est. Appellatqꝫ finem causam aliquam finalem propter principium. i. causa efficienter in
strumentalis adducit. Nā cū dico Cato fecit vt caiū eijceret. ⁊ Cato fecit mercaturā vt suus filiꝰ honeste viueret:
in illa priore locutiōe principiū ⁊ finis. i. eā instrumētalis ⁊ finalis cōfundunt̄: in vlteriore vo late patet eā vtraqꝫ
seorsum distinguunt̄ sic: qđ eū Cato fecit vt caiū eijceret. i. ppter quē finē: nēpe ppter idipsum vt caiū eijceret.
Et quid cato fecit: vt caiū eijceret. i. qua causa instrumētali vsus est vt caiū eijceret. i. ea ipsa hoc est caiū eijci. Qđ
vt euidētius cōstet aperiamꝰ liquidius exēplū: cato fecit mercaturā. i. causam instrumētalē ad viuendū honeste.
⁊ Cato fecit vt suus filius honeste viueret. causam finalē propter quā iam mercaturā fecerat. vnde mercaturā fa
cere principiū est illius finis. i. honeste viuēdi. Quē finem atqꝫ principiū idē Ualla aliis noibus affectum ⁊ opus Ualla.
nuncupat voce quidē: sꝫ nō re a priorbꝰ dissimilibus: patris desideriū: atqꝫ affectꝰ summus est vt filiꝰ euescat: et
cū eo agat honeste: ad quē finē consequēdū desideriū atqꝫ affectum explendum siue vineam in suburbano: siue
in pomerio hortos: aut diuersoriū apud forum siue in flumine pistrinum facit. vnde in facio v finis ⁊ principium
confuse aliqñ latēt: siue affectus ⁊ opus. Aliquando vero plane distinguuntur: sed afferamus nos aliud insuper
exemplum eque simillimum. Ego faciam vt cognoscar. i. faciam me cognosci. ⁊ faciaꝫ idipsum vt cognoscar: vbi

principiū & opus.i.me cognosci liquet. Sed cum eo confunditur idipsm vt cognoscar.i.finis & effectus:qđ est me etiā cognosci:in qua clausula simul ingressi principium.i.causam instrumentalē siue opus & finē.i.causam finalē siue affectum & hoc cōfuse.& hoc est quod Valla significauit quando dixit. ¶ Idē ē igitur ingerere hmōi finē siue opera.ac si dicam ego faciam editionem vt cognoscar. iam principium.i.editio & opus que causa est instrumentalis facio distinguitur a fine cuius causa illa editio fiat:quod est vt cognoscar atq dicar. Que cū sit causa finalis vt affectus aptissimus est.& hoc est quod Valla dixit ¶ Aliud est ergo quod ipse facit.i.editionem. Aliud propter quod illud ipsum facit.i.vt cognoscatur. ¶ Admonendus preterea sum illud in hoc loco cuius Vallā tametsi id in presenti capite nō scripserit:oportuit tamē alibi meminisse. Qđ hoc verbū facio vt duplicē significationem apō latinos capit:est autem altera:quando facio suam quandam(liceat mihi noua fari)facilem pre se fert significationem:vt quando dicimus facio rem diuinam:vt filij mei sospitentur:faciam pediculos parasito:vt ab omnibus illudatur:facit pictor carcerem insonti:vt sontes emendentur.facit solitaurilia colonus:vt segetes fecūdentur.in quibus singulis satis liquet vtraq causa & instrumētalis & finalis. Altera huiꝰ verbi facio significationis est q̄ superiori aduersatur:quum facio pati:non quidem facere representat.vt si dicas facio damnum:id est iacturā nautragium:vbi facio non est quod alicui aliquid infero:sed potius quod aliquid patior. In his autem locutionibus nō est ille causarum processus operis & effectus qualis superioribus accidebat. Nemo enim dānum facit:aut iacturā alcuiꝰ finis causa:sed eo aliquis impulit casus:casa modo casus & plurimū differunt Ari. Authore physicorum lib.ij. Nam siue casus siue fortuna per accidens his quibus acciđūt cōtingūt:semper pre se quidda posterius ferunt:causa vero perpetuo per se dirigitur cuius semper ē quiddā prius:ad cuius esse sequitur aliud. Sed ser.bamus interim differentiam inter casum atq fortunā:vt magis liquescat id quod adducimus:casus autem quā fortuna cōmunior est qui eodem Ari. Authore & rationalibus accidit.& ratiōis expertibus. Quippe naute & rati submergi.equiti & eque prolabi equo contingit:que oīa casualia dicuntur:fortunam quidem in illis tantum dicentꝰ esse in quibus ratiōis actio licet per accidens sit vt quis arator auri releuit vomere ollam que se ditissimum fecit: hunc vero recte fortunatum appellaueris cuiusq fortunam. Quā ollam auro plenissimam siue canis vnguibꝰ siue sua rostro releuarent:quoniam & canis & sus ratiōis sunt expertes fortunati non recte dicētur:minus minusq eorū fortunam nuncupabis:nisi volueris fortunam per translationem similitudinis accipi: vt si dicas taurū quē phasiphae adamauit fortunatum:& lapides(vt idem ipse Arist. scribit)quibus are cōstruūtur fortunatos. Causa vero vt diximus lōge a casu & a fortuna seiuncta est:ad cuius esse scđm naturā semper aliquid sequitur:vt colonus facit sementem vt segetes flauescant:& pastor admissuram facit:vt eque possint fecūdari:at quis dicet. Nauta facit naufragium vt sui inimici letenł. Mercator facit iacturā:vt res publica fame periret: vbi vtrobiq causarum nullus est nexus:nam & nautam naufragiū & mercatorem iacturam fecere nō aliquis finis & effectus: sed casus miserandus coegit. Quod si quis dicat. Aliquis facit naufragiū:vt a liberorum oculis operiretur quibꝰ odio erat. hic vero facile respondere potero & hmōi naufragiū fieri:non est aliquid pati preter volūtatem que est propria vt diximus talis constructionis significatio:sed est verū facere per rationem cuius euidens fuit electio qualia erāt illa superiora fecit cato mercaturam:vt sui filij honeste viuerēt:opus vt fecit cognosceret in quibꝰ & rationis & cause electio constat Est preterea animaduertendum quod aliquando facere vt non causarum seriē illam: sed rerum similitudinē quandā significare videtur:vt si quis dicat faciā mercaturā:vt tu soles:& feci iacturam vt ceteri iam fecerunt.et ceterā huiusmodi. Quibus illud sacrum simillimū est sicut ego facio ita et vos faciatis.vbi potuit dici vos facite:vt ego facio. Poetis tñ & cum vt & sine vt permissum est loqui.dicunt enim vt exēplis vter faciam intelligas:& faciam vt intelligas. Oui. lib. viij.me. facias vt siluas emā.idē eo.lib. Dij facerent sine patre forem. Quod passiue vix dixerim siue vt:vt si velim dicere. fiat itelligaris:fiat docearis:quorum vtriq si addas vt melius sonat vt fiat vt itelligaris:fiat vt docearis:sed quomodo de facio & fio loquimur:illū inter vtrūq sensit Dona. in eu. expositione & facio seruorū est. fio vero liberorum:vt seruus dicat:faciam:liber vero fiat. an tamē latini id frequenter dixerint Doct. viderit. facio vero olim passiuā habuit vocē. Titinius apud Noni. petunt consilium bona gratia:vt paruifaciaŀ. Nigi.lib.xxx. id quod dico hmōi facitur. Sed iterrogabis forsitan mi arcade:que iunt illa que Lau. tanq de re manifesta subticuit li.iij.c.clxxiiij. eiusdē operis:quomodo dixit facio solēnitatē:& facio sacrificiū:nunq ago & multa huiusmodi.q̄ igitur sunt hec multa huiusmodi. Sūt quidē hec plurima esse adhuc possunt:vt pote quorū nullum nec primum nouissimum exploratum sit mortalium vlli. Dicimus autem facere acrorem.agrū.auctionem.bnñ.bellū.carcerē.cadauer.cedē.coniecturā.copiā.certiorē.clam.claustra.conuiuiū.cominum.factum.fidem.facinus.fanus.ferias.flagitium.fallaciam.finem.furtum.deuotionē.deditionē.decem.damnum.delitias.delitiosum.disertum.dubium.difficile.gaudium.gratum.gratiam.gregem.iter.impetum.indicem.incendiū.ingenium.iacturā.iussa.hyperbatum.soloecismum.barbarismū.ludum.lenociniū.lenocinium.liberū.martyrium.missum.ministerium.mirum.mentionem.modū.munus.manes.mortem.nephas.nuptias.nomen.nugas.nasum.ocium.os.officium.expositionē.expeditionē.potestatem.patem.prelium.pecuniam.plebem.palam.pediculos.prouentum.partes.profectum.pedem.parē.qōnem.risum.remp.rem.magnā. sectus.sumptus.somnium.sedulo.semen.semētem.stomachū.summā.temerarium.taurum.viam.vxorem:vitium.verbum.vestigium.vitam.vim.velaturam.vinum.versum.votum.virum.viridē.vmbram.vocem.assulas.mille.biennium.admissuram.pensum.miserum.optimum.odium.opus.reliquum.locū.periculum.exuuias.exemplum.versuram.opus.& complura hmōi. ¶ Facere acrorem algorem pallorem putorem crebra sunt apud de re rustica authores. Col. de re ru. li. iiij. que res mox acrorem facit. ¶ Facere agrum campum nemus predium oliuetum.que sunt huiusmodi multa reperias apud eosdem de re rustica authores.idem. Col. li. .j. ea inquit que faciūt honestiorē agrū. ¶ Facere auctionem estimationem potionem:& plurima huiusmodi dicūtur:aut auctionem facere est aliquid in auctione vendere. Cice. phi. v. feliciter vir auctionem faciebat. Dicimus etiam facere beatum aliquid.i.ditare illud catulli in epigram. vnum me facerent beatiorem i.ditiorē. facere aruspicinam.i.sacrificium illud facere. Cic. lib. v. epi. quo hodie aruspicinam facerem in senatu. ¶ Facere bellum & prelium. Sal. secum plerumq bella faciunt. Cice. libro xuij. epi. hircius secundū prelium fecit. ¶ Facere carcerem.i. alicui carcerem causari. Quin. ille carcerem fecit qui inde processit. ¶ Facere cadauer & manes.i. occidere. Apule. li. viij. Cadauer quod ipse fecerat auide complexus est. Luc. libro. vj. Ipsa facit manes hominum mors omnis in esu est. Et facere cedem. Cice. libro inuectiuarum Cati. cedemq infinitam faceret. ¶ Facere coniecturam. Cic. pro aulo Licinio. Omnes hi quorū tu ex etate coniecturam facere potes. ¶ Facere copiam. Terē. in phor. obsecrat vt sibi eius faciā copiam.i. prebeam facultatem. ¶ Facere certiorē. Cice. libro. j. epi. Velim faciā eos per literas certiores. Ver. tamen. iij. en. Anchisem facio certū dixit. quem ratio carminis excusat. Si enim diceret certiorem inter duas syllabas lōgas breuis vna caderet quā heroicum carmen non admittit. Quod magis mirandum est. p. Candidum virum impense emendatam in libro lybico illo quam ex eo q dicendū fuit certiorem dicimus etiam in passiua significatione certior fio. Cice. lib. j. epi. Crebro certior per me fias de olbus rebus:quod nomē si cum est sui verbo adhereat positiuū magis cupit. dicimus autem fam certus non quidē certior. Aul. Gel. certi inquit summus vir bone nō ignorare te quid veus appel

Duplex huius verbi facio significatio.

Casus & fortuna differunt.

Facio cum quibꝰ nominibus in actiō pōt iungi.

Auctionem facere.

Facio te certiorem i fit certior.

Clam et palam facere.

latur. ¶ Facere clam & palam. Plau. in mene. que me clam ratus facere ea omnia fecit palam. est autē facere palā
patefacere: sicut facere. clam occulare. ¶ Facere castra. i. castrametari. Cice. lib. vj. in verrē. imperator syracusarū
loco statiuo sibi castra faciebat. ¶ Idem. mihi bellū facere i sicilia cognoueris. ¶ Facere conuitiū. Plau. in merca.
Male mihi precatur: & facit mihi conuitium conuitiatur. ¶ Facere factum. Ouid. lib. xiiij. met. Nec em̄ licet irrita
cuiq̄ facta fecisse deo: nā agere actum operā perdere est. Terē. actum agaz vbi illuc rediero. ¶ Facere fidē. Luc.
Agere actū facere factum.
lib. v. Fecitq̄ negatis numinibus mer⁹ ipse fidē. i. fidem indicauit. ¶ Facere facinus. Cice. lib. ij. de fi. Uide ne fa-
cinus facias. Catul. in epi. Sepe facis facinus. ¶ Facere funus. Cic. pro Cluentio. funus iam sepulto filio fecit. i.
dedit inferias. ¶ Facere somnum. i. sopire. Iuue. fa. iij. Quibusdā rixa somnū facit. Idē. nunq̄ facit somnum clau
strum lectica fenestra. ¶ Facere ferias. i. esse feriatos. Apul. lib. ix. attentus nobis ferias fecit. ¶ Flagitium face-
re. Plau. in mene. id est flagitia facere censebas. ¶ Facere fallaciā. Terē. ne quā fallaciā faciā. i. fallā. Facere finē
Pli. iunior lib. v. finem epistole faciam vt facere possim id est finiā. ¶ Facere furtum. Hor. lib. epi. nec furtū feci nec
fugi. i. furatus sum. ¶ Facere deuotionē votum soluere est. Mella lib. ij. velut deuotionem fecisse pro futura victo-
ria. ¶ Facere deditionem. i. dedere se. idem tandem victus deditionem nicomedie fecit. ¶ Facere diem. Apul. lib.
ij. Asini aurei. sol nouus diem facit. ¶ Facere damnum. i. idipsum recipere. Plau. in mer. Et damnum fecisse haud
mediocriter. ¶ Facere delicias. idē in mene delitias. mihi facias. i. blādiaris. ¶ Facere aliquid desidiosum. Col.
lib. xij. Nimia eius spes desidiosum faciet contubernalem. ¶ Facere disertū. Hora. fecundi calices quē non fecere
disertum. ¶ Facere aliquid dubium. Oui. lib. xiij. met. Corea quid faceret dubiū. i. dubitare. ¶ Facere difficile. idē
viij. Quem mihi difficilem iunonis gratia fecit. ¶ Facere gaudium. Luca. lib. vj. Gaudia nam faceret conspectum
in cesare vulnus. ¶ Facere rem gratam si hāc iueris gratissimum mihi feceris. ¶ Facere gratiam apud veteres
pro eo qđ nunc dicimus ago gratiam. Plau. in mene. de cena facio gratiā. ¶ Facere gregem. Uarro. lib. iij. de re
Facere gratiam.
ru. Asinorum gregem quid facere vult. ¶ Facere iter. i. ire. pper. lib. ij. noctib⁹ his vaculter faciamus iter tametsi
hic transtulit poeta pro coire: dicimus peragere iter pro absoluere profectionem. Hor. lib. ij. ser. ambo propositū
Peragere iter.
peragunt iter. nā facere viam est vbi non est via eā aperire: dicimus tñ conficere viam pro ire. Apu. lib. ix tota via
quā nocte confeceramus. ¶ Facere impetū. i. impetere. Plau. in mene. me iubes facere impetum in eum. ¶ Facere
Facere viā. Conficere viam.
iudicem. Quin. lib. vij. que tractat faciliorem nobis iudicē facient. ¶ Facere in cendiū. Plau in mer. in corde facit
amor incendium. ¶ Ingeniū facere. idē. feci ego ingeniū meū: reueni vt illū persequar. ¶ Facere iacturā. i. eā ca-
pere. Pli. iun or lib. j. ep⁹. Iacturā grauissimā feci: si iactura dicenda est tanti viri amissio. ¶ Facere iussa. Oui. lib.
ix. facienda strennua iussa. ¶ Facere hiperbaton soloecismū barbarismū & similia: et ea que grāmatici dicunt alba
facit albēsis: pater facit patris. i. format. Pli. iuñ. lib. ix. epi. nō potuit longius hiperbaton facere. Quin. lib. j. Naz
duos in vno nomine faciebat barbarismos: idē. amare corticis sine medio cortice: per genus facit soloecismū. Idē
& pater patris faciat. & paulopost faciat tñ venus veneris. ¶ Facere ludos. Plau. in mene. amabo desine ludos. fa-
cere. ¶ Facere litē. Quin. lib. vij. ppter verba q̄ litē faciūt. Facere vitiū. i. ruinā minari. Cice. in topi. Si edes exe-
se corruerūt: vitiū ve fecerūt. Facere lenociniū. i. lenonis officio fungi. Plau. in mer. holes vxori mee mihi obiectāt
lenociniū facere. ¶ Facere caput liberū. i. manumittere. idē inibi. liberū tibi caput faciā. ¶ Facere martyriū. i. oc-
cidit. Eule. de tēplo xp̄ianos plurimos fecisse martyriū. ¶ Facere missum. i. pretermittere & parum curare. Terē.
missa facio: effundite. Plau. in mer. amorē. missum facere me illi dū obsequar. ¶ Facere ministerium. Apu. lib. iiij.
tūc forte ducti ministeriū faciūt. ¶ Facere mirū. Terē. in ecy. nō mirum fecit. vxor mea: si hoc egre tulit. ¶ Facere
mentionē. i. meminisse. Cic. p lege agraria. neq̄ illius tēporis feci mentionē. ¶ Facere modū. i. finem. idem lib. xj.
quapropter modū faciā: nunc tñ significare putarit. ¶ Facere munus. Uer. iiij. eñ. diues que munera Dido fece-
rat. ¶ Facere mortē. i. mortificare. col. nā ille ager mortē fecit hic teterrimā comitem mortis famem. ¶ Facere ne-
phas. Cic. phi. v. se facit sibi quisq̄ nephas. Oui. lib. ix. met. vlciscor facioq̄ nephas. ¶ Facere nuptias. Ter. dū ni
mis nuptias sanctas student facere. Nomē facere. Plau. in mene. qđ tibi nomē est fecit mihi. i. ldidit. idē. iuuentus
Ago nugas
fecit mihi nomē periculo. ¶ Facere nugas. Apu. in apol. faciēdo nugas pderat. etiā dicimus ago nugas. Plau. in
mer. nugas ago q̄ resisto tā maxime res. i. nihil ago. reperiē etiā dare nugas. Idē l menec. nugas nūq̄ edepol mi-
Agere nugas.
hi dabit. i. decipiet. ¶ Facere nasum. Catul. l epi. totū vt te faciāt fabule nasum. i. vt sis tot⁹ nasus. ¶ Facere ociū
i. id permitterit. Uer. in buc. Deus hec nobis ocia fecit. nā agere ocia est ociari. Luc. lib. ij. ocia solus agā: sed dare
ocia facere ocia ē. Sil. li. xiiij. q̄ nūc dedit ocia mūdo. Cic. p lege agra. istos quibus ociū ocio si fecim⁹ ociosissimos
Agere ociū
reddā. Quin. lib. x. aut ociū studiorū faciāt. ¶ Facere officiū. Pla. in epi. fecisti iā offitiū tuū. ¶ Facere os. Oui. lib.
viij. me. cornua ora facit. i. cōuertit os in rostrū corneū. ¶ Facere expositionē. Quin lib. iiij. ea q̄ credibilem faciūt
expositionē. ¶ Facere expeditionem. Q. Cur. expeditionē quā sine fecisset ipse. ¶ Facere preconiū. i. preconizari.
Cic. lib. viij. epi. rescripsit eos q̄ facerēt preconium. ¶ Facere potestatē. Cic. lib. inuectiuarum. si quis de his rebus
dicere vellet: fecit potestatem. ¶ Facere pacem. i. pacificare. idem lib. xij. phi. quid est aliud q̄ non pacem facere.
¶ Facere pecuniā. i. lucrari. Gel. summam pecuniā cū faceret. ¶ Facere plebem. Teren. paulatim plebem primu-
lum facio meum. ¶ Facere pediculos est illos alicui immittere: vt oēs fere dicunt qđ adhuc nō legi vnq̄. ¶ Face-
Facere pediculos.
re prouentū. Colu. lib. j. ea res maiorem faciet prouentum. ¶ Facere partes. Quintl. lib. vij. testamenti. quatuor
partes fecit. ¶ Facere profectum. i. proficere. Q. C. nec minorē sub preceptore profectum fecit. ¶ Facere pedem.
Uergilius vna omnes fecere pedem. i. grauider sustinuerunt. ¶ Facere parem. Ouiđ. ix. meta. Testa parē fecit. i.
adequauit. ¶ Facere questionem. Quint. lib. vij. controuersia que primam questionem facit eam dicimus. ¶ Face
re controuersiam. idem lib. j. ideoq̄ iecur etiā & femur controuersiā fecerunt. ¶ Facere risum. idem lib. v. si risum
fecerit orator. ¶ Facere remp. Sallu. in Cati. nolite existimare maiores nostros remp. ex paruo armis magnā fe-
cisse. ¶ Facere rē magnā. Oui. libro. secūdo. meta. cunctaq̄ magna facit. ¶ Facere sterc⁹. Festus pompe. cunire
est stercus facere. ¶ Facere sumptū Plau. in mene. si hunc pudet fecisse sumptum. ¶ Facere sementem. i. seminare
Plau. in mene. Ego iā sementē in ore faciā. ¶ Facere stomachū. i. indignationē inducere. Cice. lib. j. epi. vt mihi sto-
machum facerent. ¶ Facere summam. i. comparationem collegi. idem inibi. summam feci cogitationum mearum
omniū. ¶ Facere temerarium. Pli. lib. viij. epi. vt ego temerarium faciam. ¶ Facere taurum. Ouiđ. lib. ix. meta. te
faciebant cornua taurum. ¶ Facere viam de quo iam diximus. Quod aliqñ nō est viam aperire. Proper. fecerunt
tepidas pallia nostra vias. i. tepefecerunt. ¶ Facere vxorem. Apu. libro. v. vxorem sibi fecerat psichen. i. duxerat.
¶ Facere verbum vendico & attribuo. Terent. illud meum non facio verbum. ¶ Facere vestigiū. Col. lib. iiij. que
Uelatura.
vestigiū fecit acies. ¶ Facere vitam. idem. nam & res vnicam vitam faciunt. ¶ Facere vim. Ouiđ. lib. viij. faciente
cupidine vires. ¶ Facere velaturam. i. vecturis viuere. Est enim velatura precium quod naute datur. Colu. lib. j.
dicuntur qui vecturis viuunt velaturam facere. ¶ Facere semen. Ouiđ. lib. v. meta. vitiataq̄ semina fecit. ¶ Face-
re vinū. Colu. lib. j. minus bonū faciat vinū. ¶ Facere versus. Catul. in epi. idemq̄ longe plurimos faciat versus.
¶ Facere votum. i. vouere. Proper. lib. iiij. iunonis votum facite impenetrabile viri. ¶ Facere virum. Ouiđ. libro
ix. faciatq̄ viros impubibus annis. ¶ Facere vmbram. Quin. lib. v. vnū corpus in lumine vmbram facit. Oui. lib.
ij. metamor. fecerat exiguas iam sol altissimus vmbras. ¶ Facere vocē. Cato. si quis nemus vocē faciat. ¶ Facere

assulas.i.minutare frangere.plau.in merca.at etiã cesso foribus his facere assulas. ¶ Facere mille. Catu.(neple. dein cu milia multa fecerimus.i.numerauerimus. ¶ Facere biennium. plau.in merca.biennium iam factum est. ¶ Facere conuiuium. Cato.i.epi. Uos conuiuia lauta facitis. ¶ Facere admissuram. Uerg.recte cum admissuras faciant. ¶ Facere pensum. plau.in merca.pensum faciat:edes verret. ¶ Facere reliquũ.i.relinquere. Cicero pro marcel.vt quicquid fortuna belli reliquũ reipublice fecerit:id velit esse saluũ.i.reliquerit. ¶ Facere opus. Tere. opus faciam vt defatiger. ¶ Facere officiũ lib.i.epi.hora.officiũ facio:tu poscis vilia. ¶ Facere exemplum. plau.
Facio et ago quomõ differant. in mene.exempla edepol faciã ego. ¶ Facere periculum. Apu.de socratis deo.bono periculo periculum faciã.ad quorum imaginem innumera extãt exempla que recenseri superuacaneũ duxi:ad illum tantum recurrens quod Pap.de verborum significatione rubrica scripsit:facio inquit omnem complectitur causam. Uellem tu latinitatis
Uerbi facio varia constructio. professores discreuerint:vel vbi facio ab ago seiũgitur:vel vbi admitti non potest. Quis enim pateretur dicẽtem facio causam pro defendo:facio animã pro morior:facio equum:mulam:currum pro moderor.quod latinis inauditũ est. Dicimus autẽ agere causam animam equum mulam currum non facere:& illud vbi neutrum locũ habet vt pro eo quod dicendũ est hiemat pluit:glaciat. Imperiti dicũt agit vel facit frigus pluuia glacies. Et etiã aduertendũ latine absolute interrogasse per facere:respondisseq per agere. Teren.in adel. Syre cessas ire:ac face
Facturio. re. Syrus.quid agam. Recipit rursus facio varias significationes a constructiõe quã sortitur multiplicẽ:vt facio quãdo absolutum est idem est quo conuenio. Martia.non facit ad seuos ceruix nisi prima leones. Oui.in pan.ad talem formã non facit iste locus. hora.lib.ij.epi.sapit & mecum facit & ioue iudicat equo.idem.mecum facientis iura.dixit. Reperitur etiã neutrũ ordinis secundi cum his particulis bene & male. Teren.in phor.dij tibi male fa
Composita e facio. ciant.& illud psalmographi diuo hiero.interprete. Bene fac domine bonis & rectis corde.& i hac syntaxi etiã pro prodesse. plu.hoc tuis facit.& pro coire plau.in ruden. Mauult ancille facere quã libere.in qua etiã significatione prope est facturio.i.coire cupio.plau.facturit postq ancillam respexit.est etiam facio actiuum ordinis secũdi. Teren.in and.sine te hec semper solum fecit maximi. Dicimus etiã fac si facis.i.exple si potes:& hoc maxime i ludo veneris. Eleganter etiã dicimus tantum in presenti imperatiui modi fac pro eo quod vulgo dicitur pone per calo.vt si dicas pone per calochio sachia:nolo voglio dire:fac etiã promere tamen id nolo. Uer.ny.eũ. Quis me autẽ fac velle sinet ratibusq irritã accipiet. ¶ Componitur facio multipliciter cũ prepositionibus:vt afficio:cõficio:deficio:efficio:inficio:pficio:officio:pficio:preficio.reficio:sufficio:cõponitur & cũ aduerbijs a &bis atq nominibus:vt bñfacio:malefacio:fabrefacio:madefacio:pinguefacio:assuefacio:calefacio:cãdefacio:excandefacio:condocefacio:commonefacio:frigefacio:feruefacio:consuefacio:tepefacio:dissuefacio:mãsuefacio:orbefacio:stupefacio:ignefacio:vmbrefacio:congelefacio:putrefacio:pudefacio:labefacio:expergefacio:terrefacio:perterrefacio:& plurima his similia:& ea que ad primã efferuntur cõiugationẽ:vt sacrifico:magnifico:deifico:clarifico:edifico:viuifico:mortifico:iustifico:falsifico.& illa q tantũ in passiua voce leguntur:vt versificor:gratificor:modificor:testificor:ludificor:carnificor:& que sunt huius plasmatis que desideratiuã atq frequentatiuã habuerunt significationem:vt facesso is.factito as.illud tamen aduertendũ est hoc nomen factio nis.preter id quod significat ciuiũ di
Factio. Factiosi. uersa studia ad seditionem:& qui hoc faciunt factiosi appellantur. Tertulia.in apolo.cũ boni congregantur:non est factio dicenda sed cura:significat etiam faciendi potestatem. Cice.ad treb.qui factionem testamenti non habuerit:sed in his peccatum ingens facĩam si ad vltimum pellexero chartam. Satis enim mihi est locum:vt Fabius instituit ceteris assignasse longe meliora reperturis:quorum tu vnus mihi & dilectissimus & perspectissimus quidem es. Uale.

¶ Aelij Antonij Nebrissensis latine lingue(apud hispanos saltẽ)reparatoris acutissimi introductiones quas ipse autor latinas appellauit:cũ eiusdem huberrimis commentarijs:necnon qplurimis vltra alias impressiones nuperrime per hilarium Bertulphum Ledium additis:felicem sortite sunt exitum: quas(vt perlegẽti in propatulo erit)summo castigauimus labore. Anno vero domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo:Die sexta mensis Aprilis Lugduni Joannes Flaiollet imprimebat.

¶ Registrum huius egregij operis.

+ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
Omnes sunt quaterniones:preter y:est em duernio:z autem ternio.

¶ Ueneunt he perq docti grammatici Aelij Antonij Nebrissensis latine introductiones Lugduni in edibus honesti viri Jacobi Juncte in vico mercuriali moram trahentis.



[redacted]

[redacted]